



Index contentorum.

1. De balsamo Peruviano.
2. de prudenti ratione medicamenti exploratione.
3. de erroribus circa usum topicorum in praxi.
4. de natura & praestantia vini Rhenani
5. de Bradypopsis
6. de purgantibus fortioribus ex praxi euincendis
7. de anatomia publica.
8. de luxationum syntheysi in genere.
9. de auditu difficultate
10. Vlaerum etiologia & curatio
11. de purgantibus selectis & minus cognitis.
12. de specificis antispasmodicis.
13. de perpetuo fistilio ex thorace.
14. Pathologia diuinatur Helmontiani.
15. de morbis lieneri
16. de affectu varo scorbutico pustulari.
17. annorum climacteriorum rationali explicatio.
18. de specificis antispasmodicis.
19. de bile medicina & veneno corporis.
20. de Carolinis thermis.
21. de temporibus anni infelicitibus.
22. de temperamento fundamento morum & morborum.
23. de morbis certis regionibus & populari propriis.
24. crismum natura & explicatio rationalis.
25. de inflammatione verticuli.
26. de siderum in corpora influxu.
27. de methodo vitam longam acquirendi. Wolffii epistola.
28. medicus sui ipsius.
29. de astmate convulsivo cum hydrope pectoris
30. de anatomia in praxi medica usu. X c. 33..

34

DISSERTATIO PHYSICO-MEDICA  
De  
**NATURA ET  
PRÆSTANTIA VINI  
RHENANI IN MEDICINA,**

Quam  
AUSPICE DEO  
IN ILLUSTRI FRIDERICIANA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO.  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN.

**FRIDERICO WILHELMO,**  
REGNI BORUSSICI ET ELECTORATUS BRAN-  
DENBURGICI HÄREDE, ETC. ETC.

P R A E S I D E

**Dn. FRIDERICO HOFFMANNO**  
Medicinæ & Philos.-Nat. Prof. Publ. Ordinario,  
Potentiss. Regis Boruss. Consiliario & Archiatro,  
Patrono *sug eternum colendo*,

PRO GRADU DOCTORALI

Summisque in Medicina Privilegiis rite impeträndis,  
ad d. XIIIX. Maj. MDCCIII. horis ante- & pomeridianis  
IN AUDITORIO MAJORI

Eruditorum disquisitioni publicæ submittit

**JOANNES VALENTINUS KALIPPERS,**  
Neovillanus Rhingavus, Phil. Mag. J. U. Cand., Med. Castr. in Exerc. Cesar.

---

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

# PROOEMIUM.

Omnium sed permutatis et opinio-  
nem eam ampliatur et dilatatur  
medicorum, ad finitimas inter-  
cessiones copias diversissimorum  
medicorum obnam etiam, etiam  
tumultuosa et expedita ratione  
et iudicandi compositioni prius  
ca, ducere levata pars in conuictum  
medicorum, inde quamcumq[ue] exposita  
sum das in eorum galionem cordi-  
nem. Et cum in  
dissimilat et unde permutat alia remittit et motu-  
tientem, certe recipiente est et dimittit remittere  
duo cum ipsa gressu et sufficiunt et recipiunt  
Nunc sanctum medicum obnam et consuetudinem  
obipsa ducuntur etiamque pars est  
Ego semper postulans in me medicina  
in tum, consenserit haec tibi in remittens, ad remittentem ac-  
fonditumque de moribus accutissimis remittit  
glosso ipsorum et ipsius ratione excoquitissime remittit  
to minus eorum copias; sed remittere prae logo ea sunt  
omnipotens nota antiquitas et ammiratio manus et potestis  
tunc per nos dux ego precestitum intelligo. a.g. scilicet, duximus  
mortuum, levatum, cipiat, sumi, regeneri. Hoc autem  
arborum portentis est, ut vestris Crotalaria, id est herbarum  
28





## PROOEMIUM.



Omninis sed pernitalis est opinio non tam vulgi quam ipsorum quoque medicorum, ad sanitatis tutelam ac restitutionem copia diversissimorum remediorum opus esse, quamobrem nullus finis est subinde nova & sexcenta inveniendi & componendi pharmaca, quæ revera plus in confusionem medentum, inque damnum ægrotantium quam in eorum salutem conqueruntur. Etenim si quis curate unde pendeat vita sanitatis & morborum ratio scrutetur, certe per pauca esse a quibus sanitas pendet, & quæ eam labefactatam restituunt clarissime perspicet. Nosse autem hæc ipsa, & exquisita prudentia iis uti, præcipua quæ medicum ornat ac constituit, sapientia pars est. Ego semper postquam in ima medicinæ penetralia admissus sum, constanter hac fui in sententia, ad sanitatem custodiendam & morbos avertendos non opus esse pretiosis & magno labore & subtili ratione excogitatis remediis, multo minus eorum copia; sed sufficere huic scopo ea quæ omnibus nota vulgaria & ad cuiusvis manus & potestatem sunt, per quæ ego speciatim intelligo v. g. aerem, aquam, motum, somnum, cibum, animi regimen. Horum tanta vis & potentia est, ut servare Corpus, idque destruere &

singraues quoque morbos tollere recte ac debito usu possint.  
 Optandum igitur vehementer esset, ut quisque medentum  
 in res sic appellatas a Medicis non naturales maiori studio  
 ac industria animum ac cogitationes suas dirigeret, eorum  
 vires in sanandi negotio penetrando, quam ut ex remotis-  
 sis locis & materia Humanæ naturæ plus inimica quam  
 amica peterentur ac delumerentur totum remediorum clas-  
 ses. De praesenti id laboris suscepitatis, ut specimenis in-  
 augurali loco præstantissimum vini & maxime Rhenani  
 usum in Medicina solida experientia non minus quam ex-  
 actor ratiocinio suffulti demonstretius, nec non qua ratio  
 ne omnibus celebratissimis quæcunque natura vel ars lar-  
 gitur medicamentorum speciebus vinum longe superius  
 sit, & quemadmodum universalis Medicinae imprimis præ-  
 servatoriaæ titulum optimo jure mercatur. Omnipotens  
 autem Numen ut ex voto succedat hoc nostrum institu-  
 tum ex alto nobis gratiam ac vires benignissime elargia-  
 tur.

## C A P U T . I.

De præstantibus Europæ Vinis eorumque  
natura ac facultatibus.

**Q**uidem animus est, Germaniæ nostræ vina & inter  
 ea Princeps Rhenanum ejusque indolem ac vires scruti-  
 natio Medico hoc loco evolvere, atque usum in me-  
 dendo ostendere; nihilominus non alienum ab instituto  
 neque injucundum fore judicavimus, præcipua quæ ex Eu-  
 ropæ locis ad nostras terras exportantur vina recensere, &  
 perpaucis de eorum virtutibus quædam ediscerere.  
 Ex omnibus autem regionibus delicatissima & valde,  
 generosa nobis offert Italia, ex quibus maxime eminent il-

lud

A

\* (5) \*

Iud. Vinum quod ad Vesuvij radices nascitur & Lachryma Christi nuncupatur, aliij quoque Virginum illud denomi-  
nant. Ratio denominationis desumpta est ex eo quod ex  
selectis uvis e tina antequam calcentur more lachryma-  
rum emaneat, est valde potens rubro colore splendens,  
odore suave, sapore subdulce, & salubre, urina enim vias  
mox invenit proper suam, qua imbutum est tenuitatem.

Laudem deinceps meretur *Verracina* colore *Veneris*,  
nigro nomen obtinens, colore nigrum est, palato gratum;  
stomacho minus grave.

In pretio quoque habetur *Albanum* ad *Albana* ci-  
tatem crescens, quod agrotis non minus quam sanis com-  
modum ac salutare est, transpirationem & urinam movens,  
proffat album & rubrum.

Inter primæ notæ vina etiam numeratur *Muscatali-  
num* *Falsicorum*, *Vin di monte Fiascone*, & *norum* est de  
hoc vino epitaphium cuiusdam bibiali positum a famulo  
suo: propter eis est Dominus meus mortuus est: gustu est  
lapidissimum.

Merentur etiam hic recenseri *Vinum del Monte Bol-  
zano* rubrum, & *moscharellinum* *Perusinum*, quæ ambo  
non sunt incelebra, & e civitatibus ejusdem nominis quo-  
tannis in magna copia Romam transportantur.

Ordo jam tangit *Pucinum*, antiquitati etiam notissi-  
mum, largitur illud saxeus collis nomine *Proseč* in sinu A-  
diatici maris hodie *Capo d'Istria*; dicitur etiam *Prosečer*  
*Reinsall* dulce est, caput non petit nec mentem percel-  
lit, odore suave, fulvo nitens colore. Huic Plinius adscri-  
bit quod *Livia Augusta* 82. annos attigerit, cum alio vino  
non fuerit usus.

Excellens quoque vinum est quod non adeo procul a  
*Vicentia* progignitur, & *Marciminum* dicitur, podagrinis  
præ cæteris innoxium esse perhibetur.

In districtu Aquilensi a Rosacio civitate Fori Julii nomen accepit Rosaceum Rosaceum nobile & praestans vinum. Nec mentio pratereundum est Vernacium, vinum geniculatum, nomen obtinuit a monte rubro Vulnetia in Liguria nunc Vernacia dicto, non modo in Italia, sed apud Gallos & Britannos norum.

Spectant hic similiter Rhaetica Vina Germanice Veltlini, quia in Valle Tellina crescunt. His Augustum delectatum fuisse referunt: est Vinum instar sanguinis rubrum, dulce & subausterum in lingua relinquens saporem.

Notatu huic vinit dignum plurima Italia vina & generositate & dulcedine superare alia: dependet autem dulcedinis nec non virium causa potissimum ex eo, quod in more habeant vel ex uvis maturis selectis in aere parum per exsiccatis ea preparare, vel ipsa recentia musta igne leni aquositate in auras emissa insipillare, & tunc fermentationi exponere. Hoc artificio vina majori acquirunt dulcedinem, quandoquidem mustum quo dulcius & spissius est, eo minus vehementer subit ebullitionem, quæ alias plerumque aciditatis nimia genitrix est.

Causa porro tanta in vino nobilitatis est ipsæ situs Italæ, loci que sulphurei natura: servens enim lolis ardor, & insitus terra: calor non potest non ad perfectam maturitatem & dulcedinem uvas perducere. Verum enim videntur in Italia etiam Austeriuscula vina, dicta *Asciæ*, quæ ex crudo parantur musto, & proferuntur his in locis, quæ septentrionem spectant, utuntur his magno cum fructu æflate ferventissima, in morbis quoque præcandis ad immodicum ardorem extinguendum.

Accedimus jam ad Gallæ vina, quorum præstantia & nobilitas nemini nostris temporibus obscura esse potest. Omnium autem nobilissimum habetur *le Vin de Champagne*,

## \*(7)\*

gne, quod etiam in pretio magno habent Magnates, ipse-  
que Rex eo utitur. Laudem meretur quod gratum sit, sto-  
macho, capiti, & nervis non inimicum, citoque per urinam  
transeat, colore rubellum est, delicati saporis propter aciditatem  
subtilis & spirituosi temperatam mixturam.

Huic secunda sunt Burgundiaca, ex quibus optimum  
Belinense Beaunense generosum coloris oculi perdicis dicitur.  
*Couleur de Perdrix* saporis grati, minus vaporosum & melius tolerat aquam quam *le Vin de Champagne*.

Non etiam incelebre est *le Vin de Paris* præsertim ex  
maturis uvis confectum, tenue est sed gustui acceptum;  
aque mixturam non bene suffert.

Ex Burdigallensi districtu optimum habetur *Gravia-*  
*ni* *Vin de Grave*, Claretwein. Dicitur *Vin de Grave*, quia  
solum est valde arenosam, *grave* enim Gasconibus est area;  
saporis est austriuscus, caput & mentem minus per-  
cellit, nec non stomachi & intestinorum tonum egregie  
roborat.

Estimantur similiter in Gallia Aurelianensis, quorum  
alba dantur & rubra; sunt *Vina generosa*, ventriculo profi-  
cua, sed caput ferire solent.

Notissima quoque sunt *Pictavensis alba*, quæ multum  
conveniunt cum Germanicis nostris Rhenanis, tantum,  
quod sint crudiora.

Denique etiam excellentissima inter Gallica sunt *Fron-*  
*tinianum* & *vinum Muscat de Lion*, illud dicitur ab oppido  
Frontiniano tribus milliaribus Montpelio distante, in Pro-  
vincia *Languedocensi*, delicatissimum est, moschi saporem  
& odorem referens; hoc ita appellatum est, quia *Lugdunum*  
deseritur, est rubrum, generosissimum, saporis austriuscus  
suavis moschatellini, aquæ mixtura indiget ob nimiam ge-  
nerositatem.

Tan-



\* (8) \*

Tandem ex Gallicis quoque Vinum saluberrimum censetur Vinum Eremiticum, *Vin d' Ermitage*: estrubellum subausterum, & baccarum myrtilli saporem referens.

Hispania nobiles quoque alit vites, quæ ob maturitatem uvarum vina largiuntur pretiosissima.

Canarinum quod hodie ex insulis Canariae, maxime Canaria magna apportatur, circa urbem Dellen generosissimum crescit.

Spectat huic quoque Malvassium, quod ex grandibus rotundis uvis magnæ præstantiae exprimitur. Vinum hoc diutius durat, & ubi uis gentium per mare devehit poterit, quod non omnia vina perferunt.

Vinum Malacense, sive vinum Secco germanice *Serr* forte quod in Saccis vel utribus in Hispania circumferatur, vino canarino est pinguis.

*Petrismonis* dictum præcipue ad urbem Gualdalcazar nascitur, ex palmiribus germanicis per Petrum Simonis ante 200 annos in Hispanicum solum deductis, ibique transplantatis. Memorabile enim est vites unius regionis in alias traductas, ob diversi soli naturam & aeris, solisque statum fructus diversæ naturæ producere. Ita vites Germanicae in Hispania uvas producunt longe dulciores, fræcta nempè & emollita ibi eorum asperitate: ita etiam vites Malvaticæ ad nos delatae multo delicatiora vina exhibent, quam in Italia.

Ager Andalusiae prope Xenes admodum vini ferax est; sed hæc vina Xenena sunt austriuscum minus dulcia & citius etiam acescunt in calidis locis, huius generis sunt etiam quæ circa Madrid proveniunt.

Alconense sive *Alicante*, in regno Valentiae rubrum est sed crassum, palato quidem acceptum at stomacho minus utile, huic non dissimile est genus illud quod nostris dicitur *Vin de tinte*.

CAP.

\*(9)\*

CAPUT II.

Historiam vinarum Germaniarum maxime

Rhenani nec non Hungariae fistit.

**C**uriosum & perquam dignum observatione est, dimidiā Germania partem boni vini esse genitricem, eam videlicet quæ plagæ Australi propinqua est, quæ vero ad Septentrionem spectat, vel plane vinorum experta est, vel ea valde acida & tenuia profert: sique consulimus Geographicas tabulas, speculari ibi iucundum est, eas omnines ferme Regiones ad aleandas vires & bonum vinum producendum inidoneas esse, quæ ultra 51. gradum elevations poli sitæ; ita nempe ut quo magis remota sint a polo septentrionali, & meridionali vicinæ, generosius & fortius vinum producant, imbecillius autem acidoque magis prægnans quo plus a meridie sunt aversæ. Ratio observatio- nis huius merito debet ab eo desumi, quod loca septentri- oni vicina non tantum a sole æstum experiantur, neque aer tam tenuis & subtilis, terraque minus spongiosa tene- ra sulphureque vegetabilium turgida sit (quæ omnia ad fœcun- ditatem vegetabilium in genere, & maxime uavarum maturitatem requiruntur) quam in meridionalibus calidioribus regionibus, ubi non modo plantæ, sed & ipsa animan- tia tam domestica quam sylvestria ob auctiorem nutriti- onem maiori incremento majorique perfectione sapore quoque gratori eminet, omnibus iis quæ tellus septen- trioni obversa profert. Quemadmodum autem Hungaria præ fœcundissimis Germania regionibus primas tenet & tam vegetabilium quam animantium fertilitate atq; nitore celebratissima est, ita etiam vites fructum ferunt, qui nobilem & generosum largitur potum vinis Italicis & Hispanicis non postponendum, Germania autem vinis merito

B

præ-

præferendum. Ejusdem mentionem per patris facere insitumus, enumerando ea, qua celebritate undiqueque feruntur. Est autem primi ordinis Tockavientis quod in caerule alti montis, qui in sinu auri mineras fovet, non adeo insigni copia provenit, sed delicatis simum, & hinc tantum ad aulam Augustissimi Imperatoris defertur.

Huic non secundum est quod in oppido Sancti Georgii singulari artificio parant, & vocatur Sancti George ausbruch: maturiores ibi & semi passos a minus materis separant ex uvis acinos, ex quibus (non secus ac Italia cum Lachryma Christi) exprimunt non magno pondere succum qui præstans & asservatus gustum summa suavitate afficit, & propter gratiam nervis & spiritibus generositatem, totius economiae animalis vires & functiones egregie recreat ac sustinet. Vilioris autem sunt conditionis imbecilliora nempe & Iaporis paululum acidiusculi, nec non adeo caro pretio venduntur, qua ex reliquis uavarum in dicto Sancti Georgii oppido conficiuntur.

Deinceps laudem etiam merentur Edenburgensis vina, quorum præcipua sunt circa Rustum & Neostidensem lacum; haec in arenosis locis proveniunt.

Præterea magna adhuc copia vinorum in Hungaria existit, diversisque in locis virtis colitur, neque incelebre est vinum illud Hungaricum rubruni, quod circa urbem Budam Offen terra largitur.

Quod attinet ad naturam & virtutem Hungariæ vinarum, certe ea perexlimia est: nam generositate & salubritate non cedunt Italicas vel Hispanicas, atque paucam aciditatem tartarei salis quantitatem obtinent, præsertim ea qua superius laudavimus, spiritu autem sulphureo grato coquendo aromatico abundant.

Evidet non eam quam merentur famam hactenus ob-

\* (ii) \*

obtinuerunt, fallax enim non modo vulgi sed & medicorum  
fuit persuasio, vinum Hungaricum insalubre morbum Hun-  
garicum progignere: cum tamen potius dira haec lues pau-  
peres imo peregrinos exerceat, & ab aquarum impuritate  
aeris inæqualitate & intemperantia longe rectius ejus ge-  
nesis derivetur: potius vinum hoc saluberrimum iudicamus  
ipsa teste experientia: neque enim gravat dolore caput eti-  
am liberalius haustum, modo non fuerit adulteratum, ne-  
que nervos afficit ut potius affectibus spasmodicis poda-  
gra scorbuto hypochondriaco malo præ Rhenano alisque  
qua admittunt multum acidi in mixtura, longe sit accom-  
modatus.

Tandem (atque boni yini character est) agitatem vi-  
gorem & levitatem largius potum in toto corpore relinquit,  
manifesto documento: ex eius usu spiritus nec non viralem  
circulum excitari & insensibili modo hoc quod gravat quod  
molestum est sanguini evacuari.

Quoniam vinum Hungaricum præ aliis quam plures  
peculiares proprietates gerit, de iis etiam paucis mentio-  
nem injicere hoc loco allubescit. Singulare vero illud est,  
quod non bene aeris accessum ferre queat: mox enim si  
aut vitra aut dolia ad aliquod spatium fuerint vacua, colo-  
rem & cum eo saporem mutat atque amittit. Protinus  
nimurum ejus color albus ipsi quasi proprius, transit in  
flavum seu fuscum, & clarum quod erat vinum turbidum  
evadit, idque saepè paucis diebus. Experiuntur talem in-  
versionem maxime vina ignobiliora, acidum admixtum fo-  
ventia, & qua recentia sunt: immunita autem ab hac labe  
persistunt generosiora Toccavienia, Sancti Georgii Alus-  
bruch. Item Rustianum, præsertim si soboles fuerint boni  
autumni, haec non diminuto sapore, colore & virtute lon-  
gos annos perdurant, tantum quod dulcedinem qua recenti-  
bus

tibus est propria cum senio quod amido deponant: quare non opus est haec vina sulphuris sumo imprægmaris, vel dolia repleta servare: Memorabile autem est quod a b ad mixtione vini rhenani aut alterius acidi, omne Hungaricum illico non tantum alteretur, sed & rabiens sua plane deflectat & corruptur: quinimo observavimus vinum ipsum Hungaricum vetus paululum acidum non esse novo addendum: Unde cum tanta difficultas sit pro implendi dolis vina exakte similia in promptu semper diabete, nisi periculum præsertim in ignobilioribus Hungariae vienis habere velimus, elegans stratagema inventum fuit a scilicet mundis replentur dolia loco vini quod elicetur, ita quod habet Hungarici vini species salva & incorrupta usque ad ultimam guttam diutissime permanere solet: Ratio autem quare haec vina præsertim acidum in mixtura soventia, ignobilia puto, ad aeris accessum tam subito mutentur, neque acidu vini vel alterius heterogendi misselam tolerare queant, nulla alia est, quam quod acidum in sulphureum vini principium agere soleat, adeoque hoc pacto cerasin, texturam (ex qua proxime resultat sapor, color & virtus) penitus invertat ac destruat: actio autem & reactio acidi sulphurei per liberioris aeris aditum, qui intimius admissus activa sua expansiva virtute diversas partes quibus fluida constituuntur varie invicem agitat, multum promovetur: Quamobrem etiam spiritus tartari, mellis, mannae qui acido & oleoso principio constant, item liquor ex spiritu Vitroli, Nitridulci & spiritu cornu cervi compositus, si per tempus libero aeri exponantur, induunt protinus colorem ex flavo rubicundum: Denique vina Hungarica hoc habent peculiare, quod melius conserventur & successive generosiora evadant si tantum a primis sacibus crassioribus liberentur postea vero illis non amplius spolientur,

in fun-

## \* (1) \*

in fundam sedentibus particulis tartareis sic sullen ab  
 der Mutter liegen bleiben, quia inter ipsas etiam  
 progressum ianderiam facimus ad nobiliora Germania  
 vina, inter qua principem locum tenent ea qua ad  
 fluvium Rhenum Monum Mosellam & Neccar proveniunt  
 in locis praeferitis moniosis, soli meridiani oppositis: haec  
 oenim longo salubriora sis qua in planicie & a symiibus dis-  
 sitis terris profertur, annotantur; Unde, celebria sunt  
 vina Rhenana, Monana, Neccaria, Mosellana. Quem-  
 admodum autem vina inter se etiam unius ejusdemque  
 districtus differunt (nam quaevis terra distinctas sulas min-  
 das, perieas, ingenia hominum varia, nationem viha curi-  
 viu loco propria proignit) ita Rhenanum per longam &  
 constantem annorum experientiam & consensum tamphy-  
 licorum quam Medicorum & gratia & salubritate reliqua o-  
 mnia exsuperat: unde Germanicoru[m] vitorum princeps  
 non immerito debet censer. Intelligamus autem per Rhe-  
 nanum illud quod ad Rhenum nascitur, illum  
 Ex hisce palmarum refert Hochheimer, quod a Prin-  
 cipibus & magnatibus maximi aestimatur, nomen summa-  
 depton est a pago Hochheim cuius soli partus existit, ere-  
 gione urbis Moguntiae non ultra dimidium milliare ex al-  
 tera Rheni parte sit. Et notabile est, quod vina qua non  
 procul ab hac urbe cis Rhenum reperiuntur reliquis Rhe-  
 nanis sint meliora.

Secundum locum obtinet Cochemense a pago Co-  
 cheim ita appellatum bonitate non multum inferius Ho-  
 chheimer, ubi  
 Ceterum Rhenavia nobilis & delicata vini abundat  
 copia, non ramen eiusdem in quolibet loco virtutis: prae-  
 stantissimum habetur Rudesheimense a pago Rudesheim,  
 prope Bingam nomen adeptum, quod spirituositate, & ob-

acidi defectum gratia reliquis Rhingaviæ vinis præcellit; ex primis enim ex uvis peculiaris speciei dicitur Orleans, quæ tantum in hujus pagi certos montes & in nullis alio Rhingaviæ loco perfectam maturitatem & dulcedinem acquirunt; hæ uæ Russlingensibus sunt majoræ & dulciores.

Laude quoque eximia extollitur Johannesbergense, & id quod vineæ Erbacum inter & Hattenheim prope fontem dictum Maribrium clargiuntur. Subsequitur postea Rauenthalense & Neuendorffense, hæc magis quam recensita sua aciditate palatum excitant & jure merito inter meliora numerantur.

Reliqua vina quæ Geissenheim, Winckel, Oestrig, Elfeld, Ober & Unter Waller &c; proferunt etiæ encomio digna sunt, prædictis tamen aliis Rhingaviensibus prærogativam cedunt. Pleraque titulo Moguntiacorum insighita vina, & Rhingaviensia aciditatem præ se ferunt; & memorabile est quod maxima pars ex vite acinos proferente exiguae dimensionis germanice Hüsling dictam originem suam trahant. Hæc intensiori solis eget fervore ut uva perfecta donentur maturitate, & vinum palato gratum ac spirituoso porrigant: secus enim ob non depressam sufficienter aciditatem usui & sanitati minus convenienter illud autem commodi habent hæ uva, quod vina dent valde durabilita quæ sub annis semper meliora & generosiora evadunt, & grata aciditate gustum feriunt; id quod huic effectui assueti magni aestimant. Dicta hæc loca quotannis, mille quingenta plus minus dolia, vulgo Stüdfas/ quorum quodvis capit 16. amphoras (Eymar) clargiuntur: nihilominus bonum Rhenanum caro emitur pretio, neque vix in his terris, præsertim Misnia, Thuringia, Saxonia, Marchia, Silesia venale prostat: Vetus enim Francoicum pro veteri Rheano venditur: maxima vero pars vini propriæ sic dicti Rhe-

Rhenani iam descripti, Coloniam, in Belgium, Angliam,  
 Hamburgum, Lubecam nivibus excepta Rheno & mari  
 transferuntur. Causam cur tam rara avis in his terris sit  
 venum Rheinhauar hæc videtur, quod hujus districtus homi-  
 nes blando & dulci sapore plus quam grato acido delecten-  
 tur. Hinc eriam oenopolæ egregie fallunt, dum sub nomi-  
 ne Rhenanorum Franconica quæ gratiiora existimantur;  
 non sine culpo luco imperitis divendunt. *hic mutib*  
*alnus* Post Rhingavientia descendimus ad Baccharacensia,  
 hæc illis sunt imbecilliora, nec tam diu durant, nihilosecius  
 gratia & salubritate sese commendant, procrecent ex solo  
 valde nigro, scissili qui egregie radios solis concentrat re-  
 pleto. Invaluit mos hic locorum gratiam quandam hisce  
 conciliare vinis dum nempe vastis dolii musto repletis  
 subdunt carbones vivos, quorum calor dolium (cujus par-  
 tes mirum in modum exterioris ob siccitatem dehiscunt,)  
 penetrat nulla tamen in terram prolabente guttula ob hu-  
 miditatem a qua superficies interna concava dolii prote-  
 gitur, ne asserculi dolarii aridi se deserant. Hoc labore ef-  
 ficiunt ut mustum non tanto impetu effervescat, quo pacto  
 aciditas avertitur, & gratus sapor resultat. Germanice vo-  
 cant gesellerte Wein. Salubritati tamen vinorum ita minus  
 consuluntur, & ea quæ libera fermentationi fuerunt com-  
 missa sanitati magis amicæ censemur. *qmo autem dicit sup-*  
*sulla* Notari meretur, quod vina Rhenana hæc omnium ex-  
 cellentissima in terris ditioni subjectis Serenissimi & virtu-  
 te incomparabilis Electoris Moguntini, ex Illustrissima Fa-  
 milia Lib. Baronum de Schönborn Domini nostri clemen-  
 tissimi, benigna natura ex amplissimo penu suo dispen-  
 set. *lis; eiusdem; si exstet; signatu T. istiusmodi siq. ali-*  
*et dicitur* Ceterum circa Rhenum & non procul ab eo terra e-  
 tiam perbellè vineis luxuriat, ex quibus non ignobilis no-  
*tae*

et vinis cellæ ditantur: ut sunt Hambachica, Pfeddersheimica, Riderbergica, Affensteinensia, Oppenheimensia.

Dicendum etiam aliquid est de Palatinis: crescent magis in terris planis ex uvis variarum specierum lapidis succulentis: atate sunt multum spirituosa, sed sulphure vaporoso caput gravant. Hujus generis sunt Wormacenfia, & præcipue die Liebenfrauen Milch / Forstiana, Edinghofenfia, Ambacenfia Roferiana.

Neque silentio transmittenda sunt, quæ in amoenissimo districtu inter montes & hortos vulgo Bergstrassen suæ crescent. Hæc prædictis sunt tenuiora, olygophora, ob a- coris & spirituositatis mixturam non ingrata, propter cele- riorem etiam per renes & alia emunctoria transitum, caput & nervos minus afficiunt, & salubritate præstantissimi usus sunt, minus tamen ferunt atatem: nam post sextum annum ad summum spirituascentia gradum deveniunt. Optima ex ipsis sunt Averbacense, Bensheimense.

De Mosellaniis & Neccarinis illud notari velim, quod ob temperaturam acidi & spirituosi principii, copiamque aquæ, pura sint, savia tenuia tamen, & quæ celeriter pe- tant vesicam, hinc calculosis & podagricis valde appropria- ta existunt, dum horum effectuum elementum nempe tar- tarum egregie ex sangvine eliminant: facile tamen vase- scunt, situm contrahunt præsertim Neccarina, atate viribus spolianter: unde ad loca disita non multum transportan- tur. Pessimus mos quibusdam est, illa sulphuris fumo im- buere vel spiritum vini illis affundere; quo sâpe contin- git, a Neccarinis & capitis dolores & ventriculi tormenta fuscitari.

Franconia insignem alit vinorum abundantiam, hæc autem Rhenanis quoad salubritatem multo sunt inferiora, hinc quoque viliora. Sulphure gaudent spiritibus corpo- ris

ris nostri minus amico, ut largius pota capitis gravitatem relinquere, & torporem membris imprimere soleant: Nil omnino quædam generosa sunt & magna vi activa prædira. Ex spirituolis autem eminet illud quod crecit in monte dicto der Stein prope Heripolim qui aspectum cum vicinis sibi continuus obtinet tam pulchrum, ut dubitare fas sit, an illibi in Germania sit reperire similem monatum tractum, qui in una recta linea superficie nullibi magis depressa aut elevata exhibeat vinearum seriem adeo amoenam longam & altam, & quæ ita oculis simul sese presentet, virescens eos alliciat, detineat ac recreet. Vinum quod exhibit Stein-Wein appellatur; hoc potest esse villorum acidorum correctivum, & medicina: unde illi qui callent artem miscendi vina, pauca quantitate genuini Steinenensis, ignobiliora rhenana vel palatina egregie non sine magno fœnore fortificant, & palato delicatorum sapida redunt.

Ex monte cuius cacumini arx Heripolensis superstruta est qua ille meridiei obvertitur, & vulgo die Leiste nominatur, colligitur vinum quod bonitate Steinenise adiac vincit: sed in sola cella huius arcis vinis optimis refertissima gustandi illud occasio querenda.

Magnæ etiam æstimationis sunt Sommerhausana, Randesakeriana, Frikenhausana & plura alia in hoc districtu quem Mœnus alluit.

Vini Iphoffiensis & Redelseensis magna etiam copia in Bohemiam Saxoniamque transfertur.

Præterea iuxta Mœnum fluvium & suavitate & salubritate sese commendant Wertheimense & Klingenbergense, hoc ad saporem Mosellani multum accedit, capiti minus est offendum. Pertinent etiam huc magnam affinitatem cum Klingenbergensi alentia, quæ habentur ex vineis non pro-

cul ab Hanovia cultissimis, Michelbacense, Hirschheimen-  
se, Nierensteinense, Hochstattiense, quæ Vina sunt uero quo-  
tidiano inter cibos sanissima propter tenuitatem & facilior-  
rem per sanguinem transitum & gratum acorem : tertio  
denum vel quarto anno evadunt optimæ ætate autem illa  
forum spirituositas magis decrescit quam increscit.

Aliam vero obtinet naturam quod prope Fracfur-  
tum vulgo Sachsenhausen habetur, constat hoc sulphure  
quodammodo vaporoso, caput afficiente. Terra enim  
Francfurtensis admodum sulphurea est & scaturiunt ibi  
fontes qui purum sulphur olent.

### CAPUT III.

## De natura atque elementis vini & in axe Rhenani aliorumque Germaniae.

**A**ntequam de salubritate & virtute medicamentosa  
hactenus recensitorum Germaniae vinorum & præ-  
cipue Rhenani verba faciamus, ratio ipsius ordinis  
postulat præmittere ea quæ ad cognitionem exquisitiorem  
virtutum scitu prius necessaria sunt, unde prius elementa  
live principia & ingredientia vini ex quibus naturam ac in-  
dolem eius pernoscemus paulo accuratius exponere allu-  
bescit. Quod si vero ullo in mixto famosa illa quinque  
Chymicorum principia offenduntur, certe ea clarissime  
conspicua fiunt ipso in Vino: inest enim ipsis sulphur, sal,  
& volatile quod spiritus vel Mercurii nomine insigniunt,  
prostas quoque in ipsis aqua & terra, & ab horum principi-  
orum indole proportione & mixtione tanta vinorum di-  
versitas ratione consistit, ponderis, saporis, odoris, co-  
loris & virtutis depender. Per sulphur intelligimus illud  
quod concipit flammarum, & cum fluoribus corporis nostri  
nup-

nuptum calorem excitat: est autem unum altero tenerius, subtilius, alterum contra crassius viscosius terrestrius; unum effluvia odore gratissima emitit, alterum gravi & in grato vapore caput replet, unum per fermentationem magis attenuatum clarum & subtile redditum flavo & aureo colore mixturae tingit, aliud densius est minus fermentativo motu evolutum, unde & consilientiam crassorem, colorem nigrum, pondus quoquo gravius vinis largitur.

Differunt quoque quæ vinum ingrediuntur salia, & quemadmodum omnium, vegetabilium, ita & uivarum sal tartareaæ prosapiæ est. Tartarus constat ex terra oleo & acido; hæc enim iuncta tartari-forme sal producunt. Inesse autem vinis, talis generis sal, vel ex eo clarum sit, quod omnia vina si pura sint neque adulterata & fermentationem sustinuerint, si destillentur in vase relinquant magma quod-dam acidi tartarei saponis: demonstrat hoc quoque aceti genesis: nullum enim datur vinum etiam generosissimum quod non longiori & moderata digestione transeat in acetum. Conspicitur autem ipse tartarus ad oculum in latibus dolii, quem non modo recentia sed & vetera succesive dimittunt: ipse autem sapor acutus & austerus qui ferme cuivis non adulterato puro, minus arte præparato proprius, liculenter testis est. Evidem dantur pure dulcia vina, quæ etiam post destillationem non nisi dulcissimum magma dimittunt uti Hispanicum, quod hic locorum divenditur: sed artificialia hæc esse vina ex melle rob passularum & Sp. Vin. parata, plura sunt quæ nos convincunt credere, vel si genuina fuerint vina, non sufficienter passa sunt fermentationem, quæ dum mustum nimis arte concentratur impeditur, & ita tartarus qui matrem dulcedinem habet & formam ex fermentatione nanciscitur, parcior generatur.

Sicuri autem sarcas non unius ejusdemque indolis est, dum vel acidum exsuperat, idque magis siccum vel volatilis, vel terra, quæ pariter vel ad lapidis, lutis, aut calcis naturam accedit; ita etiam in nonnullis vini tartarus est valde subtilis volatilis, in aliis crassus fixus terrens calcarius, in quibusdam tartarus copiosus, in nonnullis rarus & paucus.

Restat adhuc tertium principium spirituosum, seu aetheriale: per hoc non aliud intellectum volumus quam aer, reo aethereum: subtile enim illud aereo-aethereum principium, sicut omnia corpora pertransit, eorumque porosum & interstitia occupat, ita & illud videtur in vinis, in quibusdam in majori, in aliis in minori copia. Patet illud ad oculum quando vinum ex uno vase in alterum transfundimus: globulos enim aercos copiosos ex fundo in forma bullularum in altum ascendentis ipsumque aerem petentes non sine incunditate & oculis & naribus sentientes, germani vocant lufftige Weine. Gaudent hoc elemento renui & res vera salubriva quæ liberam fermentationem passa fuerunt: tunc enim rarioris sunt textura & copia aeris & aetheris intermixti, ipsa levia subtilitas & rara reddit; unde salubritate antecedunt ea quorum fermentatio sicut industria cohibita, quod sit si dolia semiplena frimissime obturantur, fortiora quidem hoc pacto evadunt vina sed ob defeculum subtilitatis & spiritus aere minus sana. Efficit etiam hic internus vini motor ut vinum celerius venas corporis nostri & emunctoria pertranseat, unde recentia vina ut ut maiorem præ veteribus copiam terra & sulphur minus subtilitatum contineant, nilominus ob copiam incolectis aetheris salubritate antiquis sape numero sunt præferenda.

De Principio aqueo ut longius edisceramus non res erit

erit magna opera est enim illud necessarium cuiusvis vi-  
ni ingrediens & vehiculans substantia activa vini, quam  
pro diversa proportione qualitatis in activitate & vehe-  
mentia sua vel mitigat vel auger, vina enim quo tenui-  
ra sunt, id est quo maiorem aqua copiam admittunt, imbe-  
cilliora & minus calida existunt, quo autem minor humili-  
ditatis ingreditur quantitas fortiora sunt, unde etiam magis  
inebriativa consistentia enim imo pondus vini deberit u-  
nico aquo elemento & terreo.

Terræ elementum num ad vini constitutionem etiam  
concurrat merito queritur. Evidem non facilis est la-  
boris res Chymica aut quacunque alia analysi ex ipso vi-  
no sister solidum terreum principium: nihil sedius quam si  
doctumque lentorem & viscositatem quam vina presertim  
recentia sape induunt, nec non illum macrum te-  
nacem qui circa orificia vasorum ex vino ministerio acri  
generatur consideramus, fateamur necesse est, haec ipsa esse  
ita non nisi solido terreo principio quod fluiditati con-  
trarium est deberi. Deinceps nulla aqua est que non sit  
particeps terræ, unde omnis aqua etiam fluidissima sub  
quavis distillatione repetita in fundo relinquit terræ por-  
tionem; neque ullum in rerum natura datur oleum vel sulphur  
pluri vel sal quod non in mixtionem suam recipiat terram;  
sicut encheirisi Chymica ex oleo etiam calidissimo caryo-  
phyllorum insignis copia fixa terræ educitur, quod sit sa-  
cum spiritu flammifero Excellentissimi Præsidis ad so-  
lam mixtionem accenditur. Ut itaque unum sal tartareum q  
vel oleum & sulphur præ altero magis vel minus terrestre  
est, ita etiam non tantum aquæ sed & sali tartareo & sul-  
phuri vinorum terreum quoddam adiunctum esse princi-  
pium, nemo penitus revocabit in dubium.

Hicce suppositis facillimum erit concludere unde pen-

deat tanta differentia & varietas vinorum non tantum ratione saporis, odoris, coloris, consistentiae, sed maxime vir-  
tutis. Nolumus hic in diversas vinorum species inquirere  
& horum elementorum naturam vel proportionem scruta-  
ri, quod nimis longum pertractare foret: nobis saltem  
hoc loco sufficerit meminisse Rhenanum & de quo nobis  
fermocinatio salubre temperatum Germania vinum quod-  
vis, in sinu suo fovere non multum crassi terrestris minus  
resoluti vel intestina agitatione subacti sulphuris; sed po-  
tius ipsis inesse sulphur valde subtile, gratum, delicatum,  
fermentationis actu solutum & attenuatum, unde colore  
& odore suave se silit; valet hoc maxime de vinis veteri-  
bus. Notabile est recentia colore esse ut plurimum dilu-  
to, minus flavo, consistentiae turbidioris, quaet tamen tempo-  
ris & annorum successu claritate, suavitate, & saporis gratia,  
nec non colore aurum simulante cuiusvis palato se com-  
mendant. Præterea Rhenana vina magnam copiam acidi  
non tamen fixi terrestris sed teneri & subtilis admittunt:  
patet hoc ad oculum quando hoc vinum defillationi com-  
mittitur, tunc acidi penetrantissimi insignem quantitatem  
in vase relinquunt. Principium spirituosum æthereum in-  
greditur quoque nostra vina magna in copia, visitur hoc  
maxime in vinis recentibus ex numerosis bullulis, ex vino  
in altum sece elevantibus post factam agirationem, vel ex  
uno vase in alterum transfusionem. Præsens quoque est a-  
qua ceu vehiculum substantiae activae in vinis Rhenanis fa-  
tis copiosa, qua partim per destillationem factam oculis  
silitur, partim etiam ex tenuitate vini colligitur. Paucis:  
elementa qua fluida & qua subtilia levis tenuis & rara sunt  
substantiae, constituunt nostra vina, illud autem quod gra-  
ve densum terrestre & viscosum tenax est ab eorum mixtura  
est remotum.

Cum

Cum autem & Germania salubria vina ipsaque Rhenana non quoad omnia unius ejusdemque indolis vel virtutis sint, sed quævis ferme loca, imo in certo loco certus quidam districtus vina peculiaria inter se differentia producat, merito hujus causa venit inquirenda. Dicimus autem specialem ejusvis vini naturam facultatem & vim usque dependere a sole seu patre, & solo seu matre, nec non specie virtutis diversa. Sol sicut in universo caloris spirituascentia & sulphurei volatilis elementi in mixtis causis & auctor est: ita etiam activi calidi spirituosi sulphuris in vinis genitor & parens existit.

Paret hinc vera ratio, quare ea regiones quæ magnum & diutinum solis astum experuntur, vina valde generosa exhibeant, nec non ea loca quæ a vento septentrionali & maxime aquilonari seu frigidissimo defensa sunt, solique meridiano libere patent, uti sunt montes qui spectant austrum, grata & fortia vina largiantur, opus polita autem cæteris plagiis loca vinhū longe lignobilius progignant. Dilucescit & porro ratio, quare aetas & subsequens autumnus serenus & servidus, dulces uvas & generosa vina nebulosus, nimbosus & frigidus econtra immaturas uvas cruda vero & acida vina proferat.

Verum enim vero ad differentiam vinorum non sufficit sol, habemus enim compertum per experientiam, in locis eodem sole respectu situs gaudentibus, diversæ tamen indolis ratione spirituascentia imo salubritatis vina provenire, exemplo nobis sit tractus cis Rhenum Moguntinæ urbi obversus, ubi pagus Hocheim, Cocheim, & Cassel situs identitate & propinquitate gaudent, nihilominus Hohenheimense multis parasangis vincit Cocheimense & hoc Cassellanum, quod vilioris conditionis est: causa itaq; hujus differentia merito transfundi debet in ipsum solum.

Obser-

Catu

Observavit jam suo tempore id antiquissimus naturæ scrutator Hippocrat. qui lib. 4. de morb. p. 58. ait: Consideramus quantum locis loco etiam valde vicino ad quin suavitatem praestet quicunq; sol equaliter sufficit, cum in locis humor sit, qui vinum suave exhibeat, in illa vero minime. Sunt quoque non agrestia pauca in loco nascentia que ad ultimam spatiump translatam non amplius produci compieras. Neque enim terra eiusmodi humorem translato accommodatum habet qualcum illa agrestibus plantis suppeditabat. In his enim sunt quedam magis virulentæ, quedam magis humida, quedam dulciora, sicciora quedam asperiora etiam quedam aliq; sexentæ aliter se habent. Haec summa ratione producta sunt a divino senecte Terra enim mater istius humoris est, qui ad nutritionem vegetabilium pertinet; & quatinus omnes plantæ aqua fluviatili ceu catholico & accommodatissimo nutritio succo alantur, nihilominus diversæ naturæ terra per quam transit ad radices, naturam & genium singularem cum ipsa communicat, neque dubium est ipsa effluvia earum rerum, quæ sub certa terra custodiuntur, eam mirifice disponere & alterare, & hac ratione etiam vegetabilia ipsumq; vinum certa qualitate imbuere. Curiosum est Hochheimer vineas maxima ex parte intus atere fossiles carbones, qui aliquid contribuere possunt, quod vinum ad succinum accedentem odorem & saporem præseferat.

Tandem distincta natura vinorum ex differenti specie vitis non sine ratione dicitur ac derivatur: multum enim differunt inter se vites & uvae. Ita quedam uvas, copiosas, quedam paucas, quedam succulentas majores, hæ parvas gerunt, nonnullæ uvae citius ad dulcedinem & maturitatem aliae tardius ad eandem perducuntur: ex parvarum uvarum numero, quæ exilia grana fovent, sed tardius perveniunt ad dulcedinem, sunt illæ quæ dicuntur Rüffling/carnosæ

nosa & succi plena sunt die heimisch / quæ copiosum mustum sed minus forte vinum efficiunt. Iste autem species quæ vocantur Gutt-del/Elbing facilius pervenient ad maturitatem, distendue quoque se commendant &c. Notatu quoque hic dignum venit, quamvis speciem vitis suam peculiarem culturam, nec non sectionem convenientem requirere; hæc qui non probe calle & intelligit locunditate private vitæ facilius potest.

## CAPUT IV.

**De Modo conservandi vinum Rhenum  
num aliisque Germania**

**Q**uemadmodum vini omnis qualitas, videlicet sapor, odor, color, virtus & consistentia unice a crasi mixtione, & proportione elementorum certum vini genus componentium dependet: ita etiam ejus conservatio, quæ non nisi duratio quoad easdem facultates & qualitates est, ex conservatione ejusdem craseos ac mixtionis proficitur: salva enim mixtione & unione elementorum certum corpus constituentium, mixtum conservatur in sua natura: illa destructa perit & destruitur color, sapor non minus quam virtus. Exploratum autem per attentam observationem est, nihil magis fluidorum texturam ac crasis custodire, eamque sartam testam immunemque ab omni corruptione & immutatione servare, quam spiritus, qui nil aliud sunt quam sulphur mixti intestino motu resolutum & subtilisatum: sulphur enim per unanimem philosophorum sententiam balsamum est corporum, ea defendens ab omni corruptione: sulphur custos & conservator cuivis corpori propriæ craseos est, neque in regno ani-

D

man.

mantum datur aliud in sanguine quod cum totumque corpus præservat a putredine, quam spiritus, qui est in sanguine sulphuris motu intellendo resoluti lobules, qui quādiū præsens est, vita particeps corpus efficit. Ex eo iam clarum fit, quod omnia spirituosa & generosa vina, nec non antiqua haud facile suscipiant incohitatem, siue vel colorēm aut saporem mutant, ex adverso cuncta recentia, emulora, indecūlora, multum aqua & acidi tarrare, sed pa- rum sulphuris complectentia, ut Neccarina, Mosellana, sa- cillina alterentur & vappam ~~sciam~~ suscipiant.

Ex iam dicto fundamento intelligi quoque ratiō poterit, cur sulphuris vulgaris fumus vel solus, vel cum aromatibus mixtus Germanice der Einschlag a multis seculis per con-stantissimam experientiam tanquam præsentissimum reme-dium ad conservanda vina adhibetur: quare in usū habent dolia antequam ipsis immittant vinū, sulphurare vel sulphuris vapore imbuere, quinimmo ipse fumus adhibitus vacuis do-lis ex quibus vinum emissum fuit, ne vappesceret, vel si-tum noxiū contrahant, ea per longum tempus præservat. Quoniam vero promptissime vinum vappari colligit quan-do ad aliquod spatiū evacuatam fuerit ut liber patet aq-ri ingressus, quare ut hanc impediāt sulphuris fumo vacuum spatiū implent. Præterea sulphur & hanc virtutem me-dicamentosam custodit, ut vina turbida clara reddat, hete-rogenea dejiciens in fundum, nec non acidum saporem temperet; hinc evenit experimento quotidiano, vina, quo crebrius transvalantur, & sulphurantur evadere eō mitio-ra. Ex quo intelligitur, sulphur esse veram vini animam ei-iusque vitam, non aliam ob rationem quam quod spiritu suo penetrantissimo minima interstitia fluidi vinosi occu-pante, intestinum partium fluidarum motum, qui genuinæ & nativæ crales conservator est, tucatur. Verum enim vero

vero vehementer dolendum est, non adeo istum sulphuris  
 vaporem, amicum nervis & capiti deprehendi: unde plus  
 res capite imbecilles, a vinis sulphuratis pesime sese habent;  
 quamobrem nonnulli vel plane ab omni sulphuris fumo  
 abstinent, & loco huins accenso thure vel succino, aut spiri-  
 tu vini aromatisato, accenso dolia implent; quae res non est  
 de nihilo, sed maximopere commendanda; nilominus  
 monendum est: si vina fuerint vetusta & generosa illud pro-  
 cedere non autem quando imbecilliora & recentia fuerint:  
 in his enim sulphuris fumus, qui tamen aromaticis effluviis  
 condiri potest, longe multumque alius preferendus. Ulte-  
 ritus commendamus hanc encheiridion ut vas imprægnetur  
 vel accenso floris macis, aut frustulis nucis: in spiritum vini  
 aromatisatu intincti sumo, quando ipsum vinum depromere  
 solemus, manes zum Zapfen gehet / hoc enim modo vap-  
 pescientia avertitur, & salvus ac integer manet sapor: porro  
 quoniam spirituositas vini est præservatrix corruptionis,  
 nonnulli spiritu vini ex ipso vino parato, sufficienti quan-  
 titate in vasa infuso ipsa eluunt, & postea vino replent, ne  
 que felicius si in superficie proclive vinum est ad vaporem  
 ipsa tollitur, ac si aliqua coqulearia spiritu vino si infun-  
 duntur.  
 Posteaquam consideravimus causam qua vinis inte-  
 gritatem & durabilitatem præstat, perutile quoque fore ar-  
 bitrari, si inquiramus ortum & causam corruptionis, sicut  
 autem illud quod conservat motum intestinum partium  
 certum mixtum constituentium, spirituosa natura est, ita  
 vicissim & illud principium quod motum mixturæ huic  
 contrarium internum introducit, sive labis & immurationis  
 causa est, agilissima & tenuissima & mobilissima indolis est;  
 estque illud ut pressius mentem nostram exprimamus, aeris  
 nostri atmosphærici fluidum. Dici vix potest quanta po-  
 ten-

intentia aer alterare, ac mixtorum gales destrueret solcat.  
 Quantum noceat vulneribus & culceribus, item abscessibus  
 intronatis aer, potissima fessinter chirurgos est: ipse aci-  
 duæ & salubres omnis generis aquæ, quaeruntur sententia  
 ex principio spirituoso minerali operariunt, protinus amitt-  
 tunt enim sapore iomam virtutem; si liber aeris adcessus  
 contundit olea & spiritus chymie, ad aeris communicatio-  
 bens successive in colore & consistentia mutationem super-  
 antem pluribus tam assertionem experimentis quæ etiam  
 in proximitate, corroborare possemus, si inservit puro sceler-  
 atio: nullus autem dicimus, nil esse tam inimicum &  
 contrarium vini in ipso aere, unde oanni studio enique mo-  
 do defendere id debemus a liberjori eius aditu: quæ cau-  
 so intellecta, non difficilis est ratio, cui repleta semper de-  
 beat esse dolia, quod solent communiter efficere affusionem  
 in eisdem generis vini: ut vero cum sapius detrimentum  
 capiat & non levem immutationem, si viuum, non obicit  
 eiusdem etatis vel loci, quod frequenter obtineri nequit exco-  
 girantur curiosiores alium modum: nempe silicibus muni-  
 dis implant dolia, eosque loco vini absunti sive per aeream  
 sive evulsionem, substituunt, quod non potest tantum  
 Hungarica, sed commode etiam ad omnis genetis vina non  
 sine magno commodo & lucro potest applicari. Alii ne-  
 aer operetur in vimum dolis quantitatatu oleo olivarum  
 insundunt, ut superficiem ejus obtegat, id quod revera non  
 vilipendendum: apprime enim vaporem impedit, quæ mox  
 ad aeris liberi sufficientem attactum, ingrato odore non  
 modo vase sed & contentum replete. Et quoniam aer tam insen-  
 sus mixturae vini est, hinc spiritu vini vel sulphura vivâ indo-  
 liis vacuis accendunt, & hoc pacto (quæ secunda sulphuris  
 virtus est) per flammam expellunt omnem ex vase aereum. Cu-  
 riosum autem est, quando aer vapidus vel mucidus, qualis  
 fit

\* (29) \*

Hic a vino vappido, stagnat in vase, nec sulphur in spiritu vini in dolio flammam concipere, sed statim extingui, cuius rei ratio est, aeris crassi resistentia: opus tunc est ut officiis aperiatis, beneficio solium aerem cum impetu impellamus, impurum rejiciamus, vel apernum salsa calida item frigida aqua elutamus & purificemus vini receptaculum.

At vero non omnis aer aequali virtute & facilitate corruptionem in vino suscitat, sed sicuti calidus & humidus ad efficiendam putredinem in animalibus efficiens insus est, ita & hic ipsum maxime est infestus vini texture, tenuatur inde experientia: non enim lubricius experibuntur dulium vina, quam tempore autumnali vel etiam a suo si tempesetas diu fuerit pluvialis: contra frigidis hieus & seruos aer, non ita nocimus vini deprehenditur, quapropter in celis que non sunt profundae sunt, humiditate sebeat, & diu in caloribus particeps sunt, vina non dum subtili sunt integra, prasertim recentia, & quae supra facies Mutter iaceant. Optima autem sunt loca subterranea ad conservationem vini, quam septentrionem spectant, profunda, siccata sunt, & estate frigida hyeme rauem temperatar: quapropter oboecellarum bonorum defectum, non omnes ubes sunt apte bona possidendi vina: deinde experientia a longo tempore confirmavit, ad ventorum flatum & tempestatum flatum, varie scelere habere vina: Ex omnibus autem venti calidi & humidi, & tempesetas quoque humida & calida vini minus favet, uti Auster & Africus, quia atmosphaeram copiosis similibus corporis culis impletat: septentrionalis vero & orientalis ipsi magis est amicus: Notavit austri noxiam suo iano tempore magius medicina papens Hippocrates qui lib. de morbo sacro p. 91 scribit: humida corpora ventum austrum sentiunt, Ex ali splendidis tenebrosa sunt, Ex frigidis calida, Ex sicca humida, & quocunque in domibus vase sunt iuxta terram sunt vino

vino ac alia copia liquorum, ea omnia Austrum sentiunt & for-  
 man in aliam speciem transmutantur. Optimum itaque con-  
 silium est, cellas ab astivo calore, a fratre austriño præser-  
 vare, firmiter obturatis cellarum spiraculis; ne autem aer  
 ibi stagnans putrescat, circa tempus nocturnum vel matu-  
 tinum dic existente sereno, vento flante vel orientali vel  
 aquilonari eadem aperire convénit, ut pertransundo ven-  
 tilent & purifcent insitum aerem. Invenimus enī regnū ob-  
 ligatio. Oblivione hoc loco non est transeunda observatio trita  
 & vulgata, de mutatione vini in vasis circa tempus quando  
 vitis floret. Annotarunt nempe curiosiores, tunc tem-  
 poris recentia & dulcia quoque vina experiri quandam ferme  
 rationem, transmutationem quoque, imo eadem ex dolis  
 effluere, vel si eorum orificia nimis arcta clausa sint, ipsa vasa  
 magno cum danno disrumpere. Huius effectus ratio certe  
 non rejicienda est in florem, sed potius in talem aeris sta-  
 tum, qui tunc temporis (nempe circa solsticium) quando vi-  
 tis floret, penetratissimo & mobilissimo calore agitur, unde  
 non mirum, subsequi tales effectus, & certissimum est, quod  
 hunc probè debeat custodiri vasa, & eorum circuline dirum-  
 pantur. Si enim a subtili aeris calidi rarefactione (ut vide-  
 mus in thermometris vel aliis vasis spirituoso liquore reple-  
 tis) aliquid rarefit, & maius affectat spatium ipsique hoc non  
 conceditur, non potest non vim suam exercere in ipsa re-  
 ceptacula. Experimur clarissime talem disruptionem in lagenis  
 vitreis densissimis, si enim illæ spiritu vini aut vino genero-  
 so Italico vel Gallico fuerint totæ replete, & obturaculo  
 firmatae, tempore astivo vel sub calore externo facilime  
 disiliunt, unde necessaria cautela hæc est, ne unquam  
 spirituosis liquoribus in totum vasa repleamus.

Videtur si rem paulo exquisitius trutinemus, ipsum aeris

ris fluidum, sicut et cum totius universi fluidibus & animantium sanguine, ita & cum vino, quandam communicationem habere; quod vel exinde evincimus, quoniam ad impetuoso ventos, ad aquilonares etiam flatus, praesertim si luna simul existit plena, ex orificeis ipsa vina exsurgunt & effunduntur a vnde tunc temporis semper madidae in loco ad vertuntur. Fluuidus quoque & calidus aer, ut non immediate attingat vina, causatur tamen in ipsis quandam alterationem, turbulenta enim ipsa facit & gravia, pendula. Quantumvis enim aer externus non immediate vinis permisceatur, nihilominus aethereum illud principium quo ab ipsis excludi non potest, intrinsecam alterationem sentit; non secus ac id contingit in homine, cuius spiritus in sanguine & nervis secundum aeris externi conditionem, varie se se habent. Per quam dignum autem observatione est, ab aere vino ingrediebatur etiam texturam ab intestino vini motu alienam, ac sithum, dispositionem partium vimum constituentium, plane transmutari; videmus id ex vappa, ex muco, qui glutinis sepe naturam acquitit quicquid apparet in embolis, si per ea vinum transudat, nec non ex viscositate pendula conspicitur; aer enim suo effuso e sede sua disjicit aetherem vini, qui in fluiditate & tenacitate illum conservat, & gravitate sua particulas inter se compingit, coniungit: quapropter pendulum vimum mox fluiditatem iterum recipit vehementi facta agitatione & conuulsione cum ferulis.

Tandem non solus aer, sed imbutus certi generis corpusculis activis naturae penetrantis inducere noxiari vini mutationem idoneus est, quare a fulgure & tonitru insigne, experuntur ea praesertim recentia, non secus ac cerevisia noxam, facile enim degenerant in acorem. Postea aer fracidus, vappidus vel morbidis effluviis contaminatus, ea statu, crassi & sapore exxit: ideo non sine ratione

10428 81851 1155 132. (8)  
tionē solent fēminas menstruatas a tractandis vīnis abar-  
cere, neque ullos odores fortes ex alio, cēpis, cadaveribus  
admittere: prēstat quoque eum in finē singulis septima-  
nis probe ab omni sitū dōlia, embola, & orificia purgare &  
polire, cavere insuper, ne morbos vel foetidus halitus per  
siphonem cū vīno cōmunicetur.

De Rēhaano vīno illud adhuc monendum esse duxi-  
mus, hoc omnium op̄ime conservari, nec facile desclīce  
a statu suo: durat enim non tantum ad 100 annos potest,  
sed & non facile ab admixtione alterius generis vīni, mo-  
do non sit dulce fermentibile, alteratur: cū econtra vi-  
na Italica, Gallica pleraque, Hungarica, Neccarina, Mosella-  
na, ex facili de crāsi at indeole sua abscedant, nec omnem vi-  
norū admixtione ferant: dulcia enim ad acidi mixtu-  
ram mox aescunt.

Postremo, gelu penetrantissimum brūthali tempore,  
non minus crāsi quā mixtione vīnorū lādit, præfertim  
si ea fuerint recentia, imbecillia, tenuia, minusquā genera-  
ta: tota enim massa tunc congela scit, quo sit, saporem & pe-  
ntrantiam multum minui, gelu enim unionem partium  
mixtūm constituentium plane disturbat ac destruit: semel  
autem immutato sitū partium, pristina mixtura æ-  
gerrimē restituitur. Videmus id manifesto, quando vīnum  
tenit tantum calore destillatur in spiritū, qui reaſſus sub-  
stantia illi, quā remanet in destillatorio, nunquam produ-  
ceret ejusdem laporis & qualitatis vīnum. Minus autem no-  
net frigus generosis, spirituosis & inveteratis, quia potius  
hēc ipsa reddit fortiora, quandoquidem phlegma tan-  
tum vertitur in glaciēm, quo remoto activum & spirituo-  
sum concentratur; & habemus a fide dignissimis cēi rem  
exploratam & certissimam, in multis lōcis Galliæ, etiam pro-  
pe Genevam, vīna dicta Vrenginer, saluberrimā indolis

per

per totum annum hyememq; aperto aeri invasis exponi,  
dum existimant frigoris vellemcia asperitatem attenuari,  
& spiritus ositatem vini conciliari.

### De Salubritate Vini Rhenani.

**M**edicus qui imperator vita & sanitatis est, & orationis corporis humani gerit, eo maxime respiciat, ut viuinum felicitat & commendet tam sanis, quam aegrotis, quod sit præstantissima & saluberrima virtutis, quodnam autem hunc mercatur laudis titulum perspicendum est. Salubre dicimus illud vinum, quod non dedit, sed potius juvat sanitatem, quod non crasit & circulum sanguinis vitalem violat vel labefactat, nec viscerum & membrorum munus ac officium invertit, sed potius confirmat ac roboret, adeoque digestionem juvat, vires reparat, capiti neque nervis nocet, artibus præsertim pedibus nullum torporum vel lasitudinem inducit.

Ex horum censu sunt (1) ratione natalis soli, ea quæ in locis præaltis & sublimibus, montosis nempe, in solo seleniboso, omnis sulphurei & fæssi contagii experti, probe tamen culto & foecundato, circa fluvios currentes nascuntur, & meridiani solis actionem libere & diu experiuntur: talismodivina in genere sunt saniora iis, quæ in planis locis & a fluminibus dissisitis subnascuntur, ratio horum consistit in eo: solum si firmum, porosum tamen solis radios diutius detinet, cuius vivifico calore succus vitis mirifice attenuatur & subtilisatur, deinde per solum arenosum pluvialis nutritia aqua egregie filtratur, ipsaque filtratione subtilior & purior redditur; montosa loca autem præ humilioribus aptiora sunt bono vino generando, quoniam

at ergo avertunt frigidos septentrionales ventos, qui incrementum uivarum & vegetabilium multum morantur, insuper purioribi & magis elasticus aer est, & sol quoque liberius terram radiis suis ferit, accedit & hoc, quod superflua pluvialis aqua, cum non omnis impenditur nutritioni, gravitate sua iterum dilabatur, nec circa radices vitium stagnet, quod sit in humilibus profundis locis, non sine magno detimento.

Exoptatissimus quoque vinearum situs est circa aquas fluentes, propter atmosphaeram prope illas tenuibus effluviis aqueis refertam, unde circa fluvios agri etiam solent esse foecundiores, quia humidiores, ros enim desideratissimus ex vaporibus collectus, denoste dilabens, subtili suo succo, laudatissimum vegetabilibus praebet nutrimentum.

Secundo loco salubritatem vini accersimus ex temperatura eorum, adeo ut temperata vina omnium sint optimae. Ipsa sanitas nil nisi harmonia & temperies diversæ naturæ partium, nec non sanguinis temperatus, & æqualis humorum motus est: tuerint itaq; maxime sanitatem tam ex alimenterum quam medicamentorum classe, quæ temperie gaudent, quæ omnis excessivæ qualitatis expertia sunt.

Temperata autem ea dicimus vina, in quibus conveniens proportio elementorum, nempe sulphuris, spiritus, tartari, terræ nec non phlegmatis cernitur, sive ut rem clarius exprimamus, quæ non nimis sunt spirituosa, neque nimis crassa, nec porro nimis cruda tartarea, acidi saporis, non nimis saturati, nec nimis diluti coloris, sed mediae naturæ: Ex temperata autem elementorum commixtione & legitima proportione nascitur etiam temperatus & naturæ amicus in corpore nostro effectus. Si vero ullum vinum commendandum est proper temperaturam, & ex ea proficiscentes salutares qualitates, certe vinum rhenanum hac

gau-

\* (35) \*

gaudet prærogativa. Primo enim, est illud spirituosum, nam sub destillatione, una mensura spiritus inflammabilis dephlegmati saltem uncias duas largitum, testatur id quoq; incibiativa & analeptica virtus, nec non productio aceti fortissimi ex ipso hoc vino, nam loco regula hoc tenendum; quo generosius vinum, eo fortius acetum, econtra penetrantia aceti testatur de spirituositate vini, nam tenuia, & quæ carent spiritu debito, uti sunt verb. grat. hic locorum crescentia, in debilia mutantur acetata neque enim putandum est, acetum esse tantum acidam vini portionem substitutam spiritu, cum potius hic ipse subiugatus tantum & depressus ab acido eminentiori & extricationi reddito mixturam eius adhuc incolat; quod vel spirit. aceti destillatio ex saccharo saturni, & ex crystallis viridis æris abunde testantur, tacemus quandoque saccharum saturni sub destillatione nimis calide tractatum, aere accidente inflammam verti. Jam vero celebratissimum est, quod Francofurti parant ex yinis rhenanis, acetum, propter suum acorem fortem & penetrantem, cum una unica plus praestet vi- rium tam in medicina quam in œconomia quam unicæ quatuor huius loci.

Præterea inest rhenanis vini sulphur probe excoctum, non crassum, crudum, rude sed subtile, præsertim in antiquis. Crassa & cruda sulphura ingrati sunt odoris, vaporosa sunt, gravant caput, minime autem id dicendum est de rhenano: hoc grattissimi & penetratissimi est odoris, unde exterius admotum saltem naribus, si ullum, certè hoc analepticum est, iucundissime spiritus immediate afficiens, quod morbo languidi, & reconvalescentes summo cum fructu experiuntur, tenerum etiam hoc sulphur est, quoniam a nimia etiam huius vini ingurgitatione, non facile vini assuetis dolet vel male se habet.

caput, seu gravitas vel lassitudo quædam in membris re-  
linquitur, ut potius agilitas & alacritas tam animo, quam  
poti corpori cum transpirationis laudabili promotione con-  
cilietur; id quod maxime præstant generosa & spirituosa,  
non nimis recentia.

Tertio acidum tartareum subtile vinum rhenanum  
constituit, quod ex sapore non minus quam ex eo, quod a  
destillatione reminet cognoscitur. Verum enim vero ob  
acidi valde copiosi ingredium, medici non minus quam im-  
periti vita hæc improbare & rejicere communiter solent,  
dum existimant acidum non modo sanguini ob metum  
coagulationis, sed & ipsis nervis esse hostile, quod verum est  
de acido sibi relicto, præsertim crasso, fixo, at longe alia  
virtus & efficacia resultat ex mixtura huius acidi cum sul-  
phure spirituoso delicatissimo, nihil enim est, quod tam  
egregie contemperet ac demulcent ac stimulant & vel-  
licitant naturam & quod tam gartum saporem & odorem  
ipsi sceneret quam spiritus, habemus clarissima huius rei  
testimonia in destillatione spiritus nitri, salis, vel etiam vi-  
trioli dulcis. Quanta corrosivitas, quam foetus & ingra-  
tus odor, reperitur in aqua forti? si vero una eius pars cum  
part. 3. spiritus vini rectificatissimi miscetur, & per destilla-  
tionem vel calorem ambo intime junguntur, perit sapor  
iste corrosivus, perit odor teter, & inde suavisissimi saporis  
& odoris resurgit spiritus, in medicina ob egregias vires non  
satis prædicandus. Dicimus potius, rhenana eam ob ra-  
tionem esse sana, quoniam subtile acidum hæc ipsa ingre-  
ditur, nam hac ratione sulphur eorum quod valde cali-  
dum & igneum existit, egregie temperatur, ut minus ferire  
caput, vel præternaturali æstu sanguinem afficere possit,  
quale quid expectandum a vinis fortibus, quæ acidi parum  
in mixtione agnoscunt.

Tem

Temperies & consequenter salubritas vini nostri, in eo  
quoque versatur, quod non multum crassæ terræ vel visco-  
firatis, sed copiam tenuis aquosæ substantiæ possideat; cras-  
sa vina, dulcia, hoc habent incommodi, quod liberalius &  
frequentius hausta, crassum & copiosum sanguinem cor-  
pori ingenerent, uno verbo, plethoram accentant, nam illud  
quod crassioris molis est, non pertransit per unctoriorum  
tubulos, sed in vasis remanet, ibique humores auger,  
quot autem malorum genetrix sit plèthora, peritiiores me-  
didentum optime callent. Dicitur dulcia vina Hippocr. de  
ratione vici, in morbi acut. p. 62. eam ob rationem quod  
tumores hepatis & lienis augeant, quod sit dum sanguine  
crasso & copioso has partes infarcient, porro crassa dulcia  
& pinguis substantifica vina, insignem copiam biliosi in  
sanguine & humoribus producent principii, unde etiam ad  
acutas & biliosas, nec non lentas hepticos febres immoder-  
ato usi disponunt, ea autem vina quæ tenuia sunt, per  
angustissimos emunctoriorum canaliculos sine ullo impedi-  
mento seruntur, hinc rursus ex corpore eliminantur, nihil  
que heterogenei, quod vel copia vel perversa qualitate no-  
cet in sanguine relinquunt, ut & ob hanc rationem rhenana  
aliis salubriora esse, facile iudicandum sit.

Ut autem eo melius, quænam ex rhenanis, & a  
hiis quoque corpori humano proficia & salutaria sint quis-  
que cognoscere possit, certas quasdam notas & charakte-  
res boni vini, ut constituamus res erit magna utilitatis.  
Primo itaque salubre vinum est, quod grato & reficiente  
odore præditum. (2.) quod receptum & detentum in ore  
relinquit in lingua blandam adstrictionem & ob penetran-  
tiæ nares & caput pervadit. (3.) si transparens & clarum  
est, & aureo præditum colore. (4.) quod citius pertransit  
renes, & altero die madorem vel sudorem quendam in cor-  
pore

pore causatur, vel alvum quoq; lubricam reddit. (5.) quando nullum dolorem vel lasitudinem in capite, vel membro quodam relinquit. (6.) quod appetitum excitat, & concotionem adiuvat. (7.) liberalius & frequentius hauflum, non ad calculum vel podagram disponit. Secundum hos characteres, ceu ad lydium lapidem si vina examinemus, deprehendimus ex Rhenanis saluberrima esse, virtutem Hocheimense, Cocheimense, Rudesheimense, Joannesbergense, Rauenthalense, Neuendorffense, & Rhingavia pleraque dummodo non sint nimis recentia, sed ad minimam octo vel decem annorum, quæ etiam ad victus sanorum & ægrotentium accommodatisima laudat Dioscorid. l. 5. c. 5. Baccharacense ætatem medium dum attingit convenientissimum est.

Inter vina moeni, corpori apprime convenientiunt Klingenbergense, Hirsteinense, Michelbacense, Nierensteinense, quod maxime ii qui illis vinis per frequenter utuntur testari possunt, siquidem ea sanitati utilissima deprehendunt. Nec Mosellana virtute medicamentosa & salubri destituuntur.

Cætera quæ hic non recensemus neutquam corpori inimica proclamamus, abstrahimus potius ab iis, & ea quæ nobis nota sunt, ac salubritatis fama eminent ob egregium commodum quod corpori conferunt, commemorare hic voluimus: sicuti neque exoticæ vina contemnimus, quæ non unius cum laudatis indolis sunt, potius asserimus, ex Italicis, Gallicis &c. vina deprehendi, quæ præstantissima, medicamentosa etiam excellant virtute. Intendimus solū rhenanis attribuere prærogativam, præaliis, quod horum usus sit universalior, & ob egregium elementorum æquilibrium omnibus ætatibus, temperantis, morbis etiam cuiuscunque generis rectius respondet,

ant,

ant, cum aliorum vinorum usus sit limitatior, eaque non indiscriminatim, & sine cautione adhiberi possint.

Ex vinis Franconia<sup>e</sup> vero, illa ad usum quotidianum iudicamus convenientiora, quæ nimiam ætatem nondum redolent, cum qua deponunt tartarum, secus quam rhena-  
ha quæ eundem conservant, & propterea (quod contra vul-  
garem opinionem statuimus) corpori nostro etiā plus solatii  
afferunt, tartarus quippe blando suo stimulo omnia e-  
muntoria animat, & sui admonet officii, alvūm puta, ac  
partes urinæ secretioni destinatas &c. cum alias reliqua  
vini substantia destituta hoc stimulo diutius in sanguine  
subsisteret, hic etiam blandam, subadstringentem virtutem  
vinis foenerat, quæ tonum non modo ventriculi, sed  
aliorum pariter viscerum valde roboret, quo rite se ha-  
bente, circulus humorum & totum excretionis negotium  
felicius & promptius peragitur.

Ultimo non possumus non elegantissimi loci Hippo-  
crat. in quo boni vini notas & differentias exprimit, men-  
tionem facere, qui extat lib. 2. de ratione viet. morb. a-  
cut. pag. 62. *Vinum dulce vinoſo minus caput gravat, & mi-  
nus caput ferit, magis ſane quam alterum intestinorum deje-  
ctiones movet, viscerum tamen tumores, hepatis nempe & lie-  
nis auget. Neque igitur bis qui amaram colligant bilēm conve-  
nit, nempe quod hic fitim facit. Quin etiam in ſuperiore inte-  
ſtino ſlatum excitat, neque tamen inferiori intestino pro ſlatuſ  
ratione eſt adverſum, & ſi non valde penetrat a dulci vino fla-  
tuſ circa præcordia immoratur. Et certo hoc minus urinas pror-  
fuſus movet quam vinoſum album, ſputum tamen potentius edu-  
cit alterum, quod dulce eſt. Vinum autem vinoſum album ad  
vesicam altero magis penetrat & cum urinam provocet, & ſem-  
per perrumpat, multum in his morbis contulerit. Quamvis e-  
nim ad alia altero ſit minus idoneum, que tamen ab ipſo ſit*

per

per vesicam pungatio, liberat si uti debet impellatur; bone he-  
sunt nota de vini utilitate & noxa que sanioribus incognite fu-  
erant. Fulvo vino vero & nigro aufero in his morbis ad hac  
ute posse utique capitis gravitas non insit, neque mentis per-  
cuso, neque sputum sursum ferri prohibeatur, neque etiam u-  
rina imbibatur, sed alvi egestiones humentiores & ramentosi-  
ores fuerint. In his sane vel maxime ex albo mutationem fa-  
ceré convenit, & quaecunque iis similia existunt. Istud autem  
insuper nosse oportet si dilutius fuerit vinum, superiores omnes  
partes & que circa vesicam sunt, minus ledere, meracu vero  
iis que circa intestina magis prodeſſe.

## CAPUT VI.

De Virtute vini medicamentosa prælerva-  
toria maxime, & curatoria.

**P**rimo hoc liquore tot salutaria recondita remedia sunt;  
ut quicquid saluberrimarum virium natura ceteris plantis  
indidit, illud omne facilissima participatione uno & in vino ho-  
mini ad diversissima valetudinum genera communicaverit. Et  
veteres haud injuria propter summam & incomparabilem  
qua imbutum est vinum virtutem, nomen vini derivarunt  
exinde quasi dicatur *divinum*. Alii ex *vī* originem ejus du-  
xerunt, quoniam vim seu virtutem animo & corpori in-  
ducere aptum est. Et revera sirem ex aquo perpendiculariter,  
non in tota rerum natura, tam ad tuendam sanitatem, quam  
ad valetudinem infirmam domandam, datur & inveniuntur  
præstantior & accommodatior medicina, qua toſ & tantis  
fulgeat virtutibus, quam quæ residet in vino, quo olim ve-  
teres pro summo medicamento usi fuerunt.

Mortales a multo tempore anxie laborarunt & quæsi-  
verunt

verunt securum remedium ad longam & sanam vitam, quo  
omnis generis afflictiones arceri a corpore, & sanum ac ro-  
bustum illud in multis annos conservari posset sed an mes-  
Hus & accommodatus quoddam ipso vino exequitari pos-  
sit equidem non video. Constat & aliis remedii sua lau-  
& gloria, cum vino fameni nunquam comparanda; quan-  
doquidem vinum non tantum in corpus agit, sed & in ipsa  
animam quam resicit, sanat eiusque functiones mirifice  
promovet.

Antequam autem ulterius progrediatur, breviter  
saltem strictimque quomodo vinum in animum offeratur  
operationem explicabimus. Nullum dubium est homines  
ingeniosos imo sapientes & acutos evadere a vini potu. Ita  
Italos, Gallos Germanos etiam ubi bono vina crescent  
teris septentrionalibus maxime populis vino destitutis &  
cerevisiam bibentibus longe esse ingentiores, ipsa verita-  
tis magistra experientia patefacit. Gryllus de sap. dulci-  
lib. i. existimat Græcos ob præstantiam vini olim fuisse sa-  
pientia parentes, qui nunc cum vitibus a Turcis extirpa-  
tis ingenii & doctrinæ gloriam simul amiserunt. Gentiles  
Palladem & Bacchum in uno simul templo collocarunt, in  
signum vino prudentiam augeri. Tistum a prisca est Deos  
sapientiores esse hominibus, quia fruuntur & ambrosia &  
nectare. Ingenium quod excitat vinum ex eo claris-  
sime intelligitur, quod ad poesin qua res ingenii est miri-  
fice disponat. Perpetuo ab antiquitate creditum fuit, &  
ipsa res ira docet vini calore poetarum furorem & impe-  
rum excitari, & Bacchi & Apollinis furorem unum esse e-  
undemque. Quamobrem Ovidius vino carens in exilio  
de se conqueritur:

*Impetus Ille jacer qui vatum pectora nutrit.*

*Qui prius in nobis esse solebat, abest;*

F

& ut

Et ut Nicaratus scribit, vinum magnus est proetarum equus,  
aqua namque haud bonum facere versum perhibetur, nec  
durabilia illa dicunt esse carmina quæ ab aqua potatori-  
bus conduntur. Homerus, Ennius, præstantissimi poetae, vi-  
nosi celebrantur.

Deinceps vinum hanc mirabilem possidet virtutem,  
quod omne metum & tristitiam ex animo expellat, homi-  
nesque animoslos cordatos audaces, alacres hilares reddat.  
Antiqui Baccum cordis præsidem eam ob rem pronunti-  
arunt. Horum effectuum testimonium perhibet non mo-  
do ipsa experientia, sed & plurima in sacro texu satis nota  
loca, & ex eo saltem colligi potest, dum Syracides scribit:  
was ist des Menschen Leben ohne Wein. Universale autem  
esse vinum præservativum a morbis ferme cuiuscunque ge-  
neris non sine ratione affirmare sustinemus: quandocun-  
que enim morborum qui humano corpori infesti sunt spe-  
culamur originem, eam ex imbecilliori sanguinis circulo  
petendam esse, nullus rerum medicarum peritus in dubi-  
um vertere poterit. Quemadmodum enim æquabilis li-  
ber & expeditus sanguinis per sua vata progressivus motus  
unice conservat & tuetur corpus ab omni labe corruptione  
& morbo, & vita non modo sed & sanitatis faber & auctor  
est: ita ex immunita inæquali tarda sanguinis progressio-  
ne, ad morbos fieri dispositionem, ex facil iudicandum.  
Sanguis sufficenter motu circulatorio per omnis generis  
tubulos corporis circumclusus, fluidus fit, subtilisatur, &  
a solidibus diversæ naturæ & indolis per congrua sua emun-  
etoria depuratur, & ita aptus ad functiones omnes reddi-  
tur. Ex motione vero seigniori & debiliori, densus, crassus  
immobilis fit, & ea quæ debebant excerni remanent, unde  
non modo copia sed & qualitate peregrina imbutus, ple-  
thora, impuritatis, obstructionum, stagnationis, infartus  
visce-

viscerum & exinde productorum spasmorum secunda sit  
mater. Jam autem si consideremus eas causas, quæ im-  
minuunt ipsum sanguinis circulum, sunt eæ potissimum  
quærendæ, in ipso principio motus, quod subtile mobi-  
lissimæ sive spirituosa, impetum facientes corporis partes  
constituant: haec si deficiunt, vires ad motum debitum non  
adsumt sufficientes, vel tardioris circuli culpa est ipsa sanguini-  
nis & humorum moles, ex intemperantia, vel aliis causis  
nimis adaugata, & respectu virium motricium corporis no-  
stri sive spirituum improportionata redditæ.

Ex iam dictis liquido constabit, illud quod ad morbos  
ram brevioris, quam longioris naturæ variisque generis a-  
vertendos, & corpus ab iis defendendum adalbetur, sanguini-  
s circulum excitare intendere & promovere idoneum esse  
debere, quo fit ut sanguis ab omni crassitie impuritate, sta-  
gnatione, infarctu liberetur, qualis enim sanguinis est cir-  
culus talis eius est fluiditas, talis excretio impuriarum &  
superfluarum solidium, ex quarum retentione prima mor-  
borum ponuntur fundamenta. Jam vero cogitet quisque  
prudens & cordatus, num in tota rerum natura detur con-  
venientius remedium, ad excitandum, augendum & promo-  
wendum circulum sanguinis, ipso vino, præsertim tali quale  
nos laudavimus nempe temperato. Hoc amico suo na-  
turæ gratissimo spirituoso sulphure efficacissime vires motri-  
ces videlicet, in corpore nostro resuscitat, & impetum  
facientes partes adauger, omniaque membra ad vigorem &  
motum disponit. Postea illud tenue acidum tartareum,  
spiritu vino dulcificatum elementum, summa aperiendi  
nec non roborandi, incidendi, stimulandi & obstrunctiones  
referandi facultate præditum est, ut hac ratione longe felicius  
motus progressivus procedere possit. Accedit & illa  
tenuis aquæ yini pars, quæ diluendo, attenuando humo-

rum crassitatem, non levem ad promptiorem motum operam collocet. Id omne ostendit ipse effectus a vino enim bona notæ epoto, mox intenditur calor, pulsus citior & validior fit, sanguis a centro ad circumferentiam movetur, facies fit rubicunda vasa turgida, augetur transpiratio, urina pellitur, & totum corpus cum ipso animo reficitur & excitatur.

Qui itaque non perspicit, non dari aptius praesidium ad vitam longam & saham tuendam ipso vino nobili albo? Veteres intelligentes, a vini potu tanta commoda recordare in corpus, commendarunt eum in finem ebrietatem, non quidem frequenter & intensam, sed levem & raram. Arabes Medici inter quos Avicenna in magnis suis op. lib. sect. 3. cap. 8. quovis mense semel aut bis ebrietatem mirifice laudat, ad prolicendum sudorem, ad resolvenda ea qua superflua sunt. Ipse Dioscor. ait, *vinoventia non omnia noxia, sed sope necessaria est ad sanitatem conservandam.* Seneca stoico superciliosus gravis vir inquit, *con-  
victus & liberalior potio vigorem dabit, & non nungiam usque ad ebrietatem ventendum, non ut mergat nos, sed ut de-  
primat curas, ejicit enim tedia, & ab imo animo mores, atque  
ut morbis quibusdam, ita & tristis medetim.* Homerus au-  
thor est, Nestorem qui tam diu vixit, magnas paterat vini afflumisse. At vero haec omnia intelligenda sunt cum gra-  
no fali, minime enim nostra mens est, ut ebrietatem, quæ  
potius abbreviatrix vita est, nec non ingeni & corporis de-  
structrix, collaudare velimus: sed econtrario eam valde  
diffidavademus: hoc tamen non negandum, nonnunquam li-  
beraliorem potum viii, & ordinario maiorem conceden-  
dum esse, non vero talem ut inde male, sed potius be-  
ne se habeat corpus. Dicimus vinum esse præstantissi-  
mum medicamentum, & omnibus, ob homogeneitatem

cor-

& cū corporis nostri spiritibus affinitatem anteferendum: sed uti generosa & optima remedia abusū, & non debita dosi ac tempore adhibita, nocentissima sunt: ita etiam vinum sumam perniciem corpori inducere aptum est, ideoque non secus quam aliud medicamen cautione & medici consilio eget.

Ut autem mentem nostram clarius quodammodo appetiamus, certo convixi & perfvsi sumus vinum ex medicis consilio usurpatum, plus præservare a morbis posse, quam faciunt omnis generis acidulae, thermæ, aliaque salubres aquæ. Non inficiandum est, thermas & acidulas a morbis præsordium chronicis, egregie corpus cultoire, verum non alio agunt modo, quam circulum languoris & humorum augendo, nec non pondere, atque elemento spirituoso minerali evacuationes per alvum, per urinam, quandoque etiam vomitum excitando, obstructions ubicunque consistunt aperiendo: at vero cum principium agendi habent mintrale, quod non adeo homogeneum naturæ nostra est, neque reparare vires, neq; spiritus ingenerare aptum existit. Deinde cum magis quantitate & copia aquæ operantur, non quis autem ventriculus, seu vilcerum ac intestinorum tonus, tantam quantitatem ferre queat, & frigidus acidularum potus, serosis, phlegmaticis, & qui imbecillos ad spasmos proclives nervos alunt utilis esse nequeat, ideo nos sumus in hac sententia, vini salubris potum, debito regimine a medico præscriptum ad certa tempora, plus efficacia & virium ad præsryandum ac medendum custodire, quam expectari possit a dictis illis aquis. Vinum enim uti antea dixi, est universale evacuans, nam per alvum, urinam, & sudorem pellit, vinum est analepticum, nil enim vino citius vires reparat, est optimum stomachicum. Sacra etiam Scriptura teste, ad calorem & tonum ventri-

cui concurrit, est optimum aperitivum sanguinem depurans, quoniam per intensorem sanguinis motum, emunctoria recludendo, separat scorias cuiuscunque naturae & generis excrementitias: unde nullum dubium, quin in malo hypochondriaco, in debilitate ventriculi, cachexia, hæmorrhoidum suppressione, tumore & obstructione hepatis & lienis, in calculo renum & vesica, in arthritide frigida, catarrholis variisque defluxionibus, rheumatismis, lasitudine & gravitate corporis, ingenio & memoria debilitata, auditus gravitate, vilus hebetudine, sensus ac motus ex defectu spirituum & nervorum imbecillitate, in venere virorum depressa ac sterilitate foeminarum, & quacunque frigida morbo corporis intemperie, senes, pituitos, & serotos exercente, vini cura præservationis causa instituta omnibus thermis, acidulis, aliisque remedii & curis, longe multumque sit præferenda. Certe si mortales scirent, quantæ virtutes medicamentosæ a benedicto naturæ parente inditæ essent huic liquori, non inciderent ita in morbos, neque tantæ pharmorum ingratorum vel etiam medicorum copia egerent.

Memorabilia sunt quæ scribit Whitakerus insignis medicus tract. de sanguine uiae pag. 33. *Vinum medicamentum est, ac si mea experientia esset tanti, variis & mirandas operationes usu hujus medicamenti in me ipsum, & in alios complurimos, silentio non possum præterire (scilicet) corpora extenuata ad sarcostatam redacta, & exicata ad humiditatem oleaginosam, quando cerevisia de abito, vel aquarium potatores complexiones finiarum potius quam hominum obtinerent.*

Possimus & ipsi allegare exempla ubi post bonum rheumati usum, per aliquod septimanæ abstinentio ab omni alio potu, plures mutato quasi toto temperamento, insigne robur & virium augmentum quoad omnes actiones experti fuerunt.

Ut au-

Ult autem nonnulla perquam utilia monita circa tam  
lem vini curam adjiciamus, dicimus *primo*: præparata pri-  
us corpora esse debere, nempe si plethora adest, ea venæ  
sectione tollenda est, si alvus est obſtipata, & multæ visco-  
ſa cruditates ac ſordes primam regionem occuparunt, ea  
per ſalina abſterſiva, & laxantia debita ſunt auferenda: Se-  
cundo vina optima, temperata tamen rhenana, & ex moena-  
nis imbecilliora, olygophora, Klingenbergene, Michelba-  
cense, Hirſteinene in uſum hunc trahenda ſunt. *Tertius*  
abſtinendum eſt ab omni alio potu cereviſia, ſpiritu vini,  
cibi autem liquidi & boni ſucci, non crudi, non ſalſi, nec ac-  
cidi, non calidi aromatici tunc temporis uſu pandi, ſed iu-  
ſcula ex vegetabilibus alimentoſis parata optimè tunc con-  
veniunt, & augebunt vini energiam. *Quarto*: potio hoc  
modo instituenda: ſi ferre poſſunt æ gri matutino tempore  
vinum cum aqua Schwalbacensi aut Dinsteinensi, vel Wil-  
dungensi ad diuidium mixtum ad mensuram bibant,  
in prandio autem & coena purum vinum pro ſiti non mo-  
do extingueda, ſed & paulo ultra, nunquam tamen cum  
naueſa & fastidio, & ad minimum in principio de die duæ  
mensuræ vel tres ſunt impendenda, ita tamen ut ab initio do-  
fis minor poſtea ſucceslive augeatur. *Quinto*: ſi corpus a vino  
nimium calefit, vel ſomnus impeditur, acidulae dictæ vino  
miſcenda, in coena & prandio. *Sexto*: Alvus ſi exſicetur,  
prunorum, pomorum borsdorffianorum, paſſularum, ſicu-  
rum decocto, adjecta portione ſalis nitroſi, vel arcani  
duplicati eſt lubricanda; *Septimo*: Tempore vernali, ſeu au-  
tumnali cura hæc debet institui, & per ſex septimanas con-  
tinuari. *Ottavo*, caveant autem ab ea omnes qui copioſas  
& impuras, ſalſas, ſulphureas, ſcorias in ſanguine habent,  
nempe ſcorbutici calidi biliosi, arthritide vaga laborantes, ad  
phthisin, hecticam, hæmoptysin, ſoporofos affectus, epilepti-  
am diſpositi.

Post-

Postquam hactenus præservatorium vini præstantissimum effectum perlustravimus, sequitur jam ut disquiramus in quibusnam morbis eorumque paroxysmis proficuum illud sit. Fatendum est in præservando ejus vires esse universaliores, in medendo econtra magis limitatas & circumscriptas, certissimum tamen est etiam in ipsis morbis sanandis, divinam medico porrigerem manum.

Et quidem in febribus malignis vino nil datur excellentius; malignitas dignoscitur ex motuum & vinum defectu, nec non valde de pressa sanguinis spiritu ascentia, ex cardo circulo eiusdem, quæ cuncta dispositionem quandam feruoris ad putredinem designant, igitur in iis morbis restaurare vires, spiritus erigere, circulum sanguinis liberum reddere, transpirationem mouere expedit; & in eo versatur omnis alexipharmacorum virtus, quod autem vinum hæc omnia præstet nolumus pluribus authoritatibus quibus practicorum libri pleni sunt confirmare, sed confugimus ad solam experientiam, qua nobis constat, plures ex malignis evasisse solius vini moderato usu.

Præterea in illis morbis ubi ad peripheriam corporis virulentum quid expellendum est, videlicet in petechiabus, variolis, morbillis si nempe natura est imbecillis, motus cordis ad expellendum insufficiens, veletiam retrocessio exanthematum ob debilitatem virium contigerit, vinum convenit, cæteroquin si magnus aestus & humorum ebullitio, pulsus citior hosce morbos comitantur, abstinenus merito.

Febribus continuis laborantibus non modo ipse Hippocrat. lib. 2. de morb. acut. §. 61. vinosum vinum album & aquatum commendat, sed & innumeri practici inter quos Forestus lib. observat. i. obs. i. rhenanum aquosum album subtile laudat. Helmont. de feb. c. 12. pag. 772. scribit,

bit, quo<sup>m</sup> modicu<sup>m</sup> in febribus utuntur facilius convalescunt, vires confabuntur & ex pristinum oculus restituantur. Multi magis a mortali occipsum procedit in febribus intermitentibus, quae ex creditatibus, evacuationibus, profusum transpiratione suppresis, maxima ex parte oriuntur, & autem cautione, ut id est intemissionis liberalius, parcus, aut plane non in paroxysmo porrigitur nisi atque cibillatione, & corpore ad sydorem disposito.

Ratio vero quare in omnibus febribus non sit vel prohibendum, haec datur: febris intensior sanguinis communis motio est, realem in finem excitata, ut motus loci fortiori recte moveat & expellat illud quod corpori ponit in interiorum vasorum facile impateret, si quod immotus ille valde est intensus, & prius auctus, vinum parcus admittendum sit, quod si autem debilis & languidus existit, natura deficere vel succumbere videatur, excitari debet, & promptissime vinum album oligophororum ut sunt nobis commendata offerenda, ut imbecillitas fuerit facta natura restauretur.

In syncope viriumque prostracione nil vino praestans est. Galen lib. 3 de medic. facult. omnibus syncopantibus viuum suaderet, substantia tenue, colore fulvum ac vetus, potius quam novellum vel mediæ aetatis, quod vires recaret, quia spiritus mire refocillat, dum exterius odor retenus exhibetur vel cordi, pulsibus, applicatum, omnibus aliis confortantibus & analepticis longe superius sit.

Dum molestia ventriculam nausea, imbecillitas, digestionis adeo defectus, inflatio, vino nil utilius reperiuntur. Hinc D. Paulus Timotheo dispepsia laboranti viuum suscit Timothi. E. versi. 19. Galenus lib. 4 de sanit. uenenda c. 6. q. perhibet colore fulva aut alba, odora, substantia autem teneta, nobilissima esse stomachica, praesertim si tenser subastrigant, & talia sunt iherana qual in apie titu excitando,

in roborando stomacho, & resolutione ciborum promovenda, ob subtile acidum spirituosum adstringens eximia.

In fame canina Hippocr. Sect. 6. aphor. 21. vinum potum commendat, neque res deffititur suo fundamento, intelligendus autem hic aphorismus non est de quovis vino, sed generoso mero antiquo, causa enim huius affectus acidus corrosivus humor est, in ventriculi lumen harenis qui ab huiuscemodi vino egregie temperatur, non aliter ac spiritus nitri vel vitrioli corrosivitas, ab admixto spiritu vini, vel tantum aciditas quam diu cum vino iuncta est ita contempneretur ut palato iucundum exhibeat saporem.

Ad situm sedandum, vino aqua diluto nil est praestans, hoc pacto enim longe promptius situm extinguit, quam si sola aqua fuerit exhibita, quandoquidem situs ex obstruictis & constrictis glandulis quae salivalem laticem plorant in fauibus easque ac oesophagum humectant exoritur, has autem vinum dilutum melius referat quam aqua pura, eapropter ipse Hippocr. non veretur in febribus quoque acutis talem yini & aquaz mixturam prescribere.

In vomitu idiopathicō vel quando febribus itungitur, praefat vino tenui uti, quam alio humido.

In colico affectu praesertim si ex cruditatibus viscidis, flatibus proficiscitur, veteri rhenano nil est utilius, Ipse Hippocr. lib. 2. epidem. 6. vinum meracum commendat, quia cruda reddit apta ad concoctionem, attenuat crassa, flatus discutit, landat quoque dicto in affectu rhenana Crato consil. 169. disfluadet Moravica & Austriaca, improbat malvatica dulcia, crassa, turbida.

In diarrhoea & dysenteria quæ acutis etiam morbis iungitur, vinum rhenanum, tenui vel cum pitisana mixtum aut solum indicatissimum est, virtute enim posset subastrigente, qua tonum intestinorum & laxatam glandulosam intestinorum

norum tunicam roborat. Et cum hisce in morbis sanguinem a centro ad peripheriam movere, transpirationem augere & urinam cedere utilissima res sit, capropter vinum quia tales praestat effectus optratisimum, laudant vulgariter melioris adstrictionis causa vina rubella, quæ si bona nota sint unque possunt admitti.

In obstructione hepatis & lienis in Ictero quoque, in cachexia vinum optimus exhibet effectus. Soleander celebris practicus sect. 1. com. 12. vinum album, matutinum, purum non potens aut vehemens, transparens aqua marinata dilutum, ut sunt rhencensia & mosellana cetera admodum grata hepati & quæ sua adstrictione viscera roborant magnam attribuit laudem dulcia autem quia sanguinis copiam adaugent non modo Hipp. l. 2. de morbis sed & Guarinonius cons. 117. maximopere dissuadet.

In Hydrope Hipp. lib. de internis affect. Lind. edit. p. 219. vinum austерum magnificat. Item aquosum lib. 5. epidemic S. 37. Notavit Epiphan. Ferdinand. Hist. Med. 38. aesciticos solo malvarici vini usu curatos.

Affectus hypochondriacus an vinum admittat, in controversiam merito vocatur, observavimus non unica vice in praxi ab acidis maxime rheanis vini symptomatum exasperationem: ratio quod minus ferre possint vina ad acitudinem inclinantia, hæc mihi videtur & attendenda venit.

Ob segniorem peristalticum motum qui in hypochondriacorum intestinis contingit, contenta non promoventur (familiaris enim ipsis est alvi adstricatio) sed stagnant, ipsa mora acorem contrahunt, unde vinum in talismodi subjectis ipsa stagnatione in acetum forte, nervolas partes ad convetus spasmos suscitans convertitur. At vero cum hypochondriaci egeant viribus, ventriculus quoque robur & calorem exposcat, vinum non penitus ipsis est prohibendum.

dum. Quapropter vetus rheumatum vel bonum Hungaricum inter ipsos cibos modice assumunt, reliquis omnibus praeferit in dictis affectibus Brunetus consil. Absineant autem a rubris, austesis, dulibus, & ab omnibus inimodico. In scorbuto salium tartareorum fixorum serape, rheumatum egregium est, quia valde diureticum, unde scribit Sachsius de vite vinicera p. 314. Vina rheumata, in scorbuto utilissima sunt ob vim diureticam, quia tartaream expurgant faberiam, quod ex Hollandia Rheni ripam legens & Francofurtum rendens observavit, in talibus scorbuticis viri rhenani usi crassissimas urinas tartaro copiosissimo contententes cum fructu redditas fuisse. Reisner lib. de scorbuto p. 533. vinum potens generosum idque meracum scorbuticis commendat, sed paucum, quod si calor intendatur, aqua passiflata diluendum sit.

In calculo renali vina dolcia & generosa oleosa Grato in consil. 33. recte improbat, genesis enim calculi pleniusque fit ex copia sanguinis viscera abdominis ipsosque renes infarciente, primo inflammationem, postea lactionem substantia renalis calculumque producente; plethoram autem a vino dulci augeri superius dictum est. Ingenerant porro renibus calculum turbida, austera, & quae facile pendula, uti sunt hujus terra Naumburgenia. Lando autem digna sunt rheumata quia valde diuretica. Necarina laudat Scholzii consil. III. & olygophora evacuato prius corpore moderate bibita Unzerus de nephritis cap. 23. Montanus consil. 229. vinum olygophoron purissimum naturum, colore album dicto in affectu magni estimat. Urna liliacium Authore Hipp. Sect. 7. aphorism. 28. vini potus solvit. Intelligi debet hic aphorismus maxime de vino generoso, utpote stranguria ex prohibita transpiratione plerumque nascitur, hanc autem restituit eiusmodi vini potus.

In affe-

In affectu arthriticō & podagrico num vinum sit concedendum: qualis majoris momenti existit? Communis est persuasio hos affectus Baetii esse sobolem & solo aquæ poti & abstinentia a vino curari. Evidem̄ in dubitate veritatis est h̄os affectus pro causa tartarum subtilem membranas hanc cimantem agnoscere, unde vina quæ copiam hujus principii obtinet valde nocere videntur. Verum enim vero tartaroz illi morbi ex obstruktione emundatorum proligantur & viscositatem ac densitatem humorum profundamento agnoscunt, vinum autem per renes qui congraum tartari evacuatorum constituent morbos etiam regie educti hinc non apparet ratio, quare et omnius non debet admitti præsertim cum plerumque tertiaro ventriculi debilitate, spirituascentia sanguinis defectu, circulo seignori, natales suos arthritis agnoscat, quapropter vinum cum debito regimine & ex medici consilio preservare potest a truculentis hisce malis, si nempe extra patoxys mutuus usurpetur. At vero cum magna sit inter vina nec non inter naturas differentia, hinc prudens medicus h̄ec probe inter se distinguere debet, nonnullis individuis magis quadrante acidis destituta vina, & generosa, nempe Hungaria Crato in consilio 253. podagricis parum vini Hungarici vel Malvatici inrer cibos commendat. Et Solenander in consilis ob imbecillitatem ventriculi parcum vini usum collaudat. Egregius locus apud Solenand. secđ. 4. consil. 24. meretur huc adduci. Videndum inquit quid ferre ventriculi dispositio, quid reliqui corporis possit, non cui liber tempore, conscienti, etate, consuetudini omnimoda abstinenzia injungenda est, magna corporum varicias? si modice vieno ut amur mediocre potissimum leviter adstringente suoque id tempore debito non ob futuri sed profuturus ejus usus? Et videmus pergit ille ab exiguo sumto vino declinante iam paroxysmo

\* (58) \*

xyano podagricorum dolores, discusso ab exercitio calore & spir-  
ribus qualcumque lumore tenores scribi modo ut ante dictum  
in principio ablineatur. sedq; in 28. editio remissi in ijs  
Ceterum mentis facienda hic locu est singularis me-  
thodis, qua Hippocr. in ischiadicis malo, & arthriticis his &  
vago curando & in principio penitus proligando utilitur, &  
memorabilia sunt quae scribit de internum affect. Sect. 5. pag.  
120. Ex rerum morbo in adi magis venarum cariorum mor-  
bus, vena autem cum sanguine reserata sunt, si quid alieni ader-  
as per veneris male afficiuntur. Sic igitur affectus si dextra  
parte morbus est, per exordia ad coxenditis acetabulo dolor ex-  
hibere incipit. Quo autem longius tempus processerit, & per  
ductum fuerit, eo gravior dolor ad inferiora descendit, cum  
ad malleolum pedis extermum, & pollicis intermedium perver-  
terit rursum ad caput fertur ubiq; in eo ultius consisterit usque  
menter arget, sibique caput durumque videtur, oculi pituita to-  
tum corpus impletur. Et paulo post: Si morbi initio acci-  
seris vinum Mendacium album dilutius quam plurimum per di-  
em potui exhibere oportet. Et inebrietur quoad sanguine nari-  
bus plurimus erumpat. cum autem fluere coperit, minime  
tredecim diebus fluit. ubi vero bi praterierint, non amplius in-  
ebrietur, neque ubi semel fluere coperit. In tiba tamen paulo  
plus vini bibat, ut sanguis fluat. Deducit gravissimus author  
hos affectus ex pleniora & optimis, cum experientia con-  
sentaneum sit, hanc nititur tollere narium haemorrhagia,  
quam vini largo potu provocati. At vero an non consul-  
tus sit, vel venam, vel haemorrhoides apenire, & superfluo  
sanguini exitum dare, peritiorum iudicio relinquenda.

Explorato sic ad sanandos internos morbos vini  
usu, pauca quædam iam ut annexamus circa ejusno-  
xiam, quæ ejus ab usus in quibusdam ostendit res postulat.  
Expe-

Experientia autem & ratio docet, quod in omnibus affectibus ubi sanguis magna copia congestus haeret, sicut in inflammationibus, & in plerisque morbis capitis nominatis in ejus dolore a causa sic dicta calida orto, phrenitide insania, vertigine, epilepsia, lethargo, & cunctis soporosis affectibus, vinum quodvis valde noceat. Cum enim dictis in morbis sanguis cum copia & impetu validis parris affectis infusus bique congestus impeditius circuletur, non potest non a vino, quod spiritu suo perit superiora nempe caput, & sanguinem expansiva virtute ulterius rarefacit, nec non majori cum vehementia illam partem obstructam largius ex corde eō pellit, dictorum morborum exasperatio subsequi. Habetus in eo consentientem maximum nostrum Hippocr. qui lib. 2. de morbis in cerebri repletione dolorosa, vini abstinentiam commendat, & ibidem ait: sideratus a vino penitus abstineat, & lib. 4. de morb. in cerebri sphacelismo penitus a vino est abstinendum, item in lethargo a vino abstinendum: phreneticum calefacie oportet calefactoriis humidis & potionibus excepto vino. Et lib. de insomniis, qui insania laborant, vimum non bibant.

Deinceps vimum nocet in tussi, in phthysi aspera enim arteria minus ferre potest acres stimulos, nihilominus vimum dulce cum ad expectorationem iuvet, modice haustum non est nocivum, neque veteris rhenum, si tussis ad declinationem vergat prohibendum, sed potius commendandum est.

Tandem coronidis loco sint illa quæ habet Tiresius in historia vini pag. 60. Vina sustentant firmos, erigunt lapsos, cohibent cadentes, vina edunt miracula, non extracta, non lapides, non quintæ essentiæ nominatae.

\* (56) \*

na fabulosa, non boli, non pilulæ argenteæ, aureæ, aut  
gemmae plebis deceptions, incantamenta marsupii, vi-  
tuperia sapientiæ, medicinæ opprobria, vina autem ca-  
lidi innati vera pabula sunt, certissimaque alimenta,  
hæc ideo celebranda elogiis vestris encomiastico can-  
tu, hæ severiori disciplina in usum vitæ percolenda, in  
ægrotantium commodum danda. Atque ista suffici-  
ant circa hanc de vino tractationem, cui post laudes

Deo Optimo Maximo dictas imponitur.

F I N I S.



v


Uf 1378



UD17



**Farbkarte #13**



3  
4.  
**DISSERTATIO PHYSICO-MEDICA  
De  
NATURA ET  
PRÆSTANTIA VINI  
RHENANI IN MEDICINA,  
Quam  
AUSPICE DEO  
IN ILLUSTRI FRIDERICIANA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DN.  
FRIDERICO WILHELMO,  
REGNI BORUSSICI ET ELECTORATUS BRAN-  
DENBURGICI HÆREDE, ETC. ETC.  
P R Ä S I D E  
Dn. FRIDERICO HOFFMANNO  
Medicinæ & Philos. Nat. Prof. Publ. Ordinario,  
Potentiss. Regis Boruss. Consiliario & Archiatro,  
*Patrono suo eternum colendo,*  
PRO GRADU DOCTORALI  
Summisque in Medicina Privilegiis rite impetrandis,  
ad d. XIIX. Maj. MDC CIII. horis ante- & pomeridianis  
*IN AUDITORIO MAJORI*  
Eruditorum disquisitioni publicæ submittit  
**JOANNES VALENTINUS KALIPPERS,**  
Neovillanus Rhingavus, Phil. Mag. J. U. Cand., Med. Castr. in Exerc. Cæsar.**

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typogr.

